

HERODOTUS

GRÆCE & LATINE,

ACCEDUNT

ANNOTATIONES SELECTÆ

NECNON

INDEX LATINUS,

EX EDITIONIBUS

WESSELINGII ET REIZII.

[edidit George Dunbar]

TOM. V.

EDINBURGI,
E Prelo Academico,
IMPENSIS GULIELMI LAING.

MDCCCVI.



Ε Ρ Α Τ Ω.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ
ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ
ΕΚΤΗ,
ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ
ΕΡΑΤΩ.

Ἀρισταγόρης μέν νυν Ἰωνίην ἀποστήσας, οὕτω τελευτᾷ. Ἱστιαῖος δὲ ὁ Μιλήτου τύραννος μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου, παρῆν ἐς Σάρδις. ἀπιγμένον δὲ αὐτὸν ἐκ τῶν Σούσων, ἤρετο Ἀρταφέρνης ὁ Σαρδίων ὕπαρχος, κατὰ κοῖον

HERODOTI
HALICARNASSEI
HISTORIARUM
LIBER SEXTUS,
QUI INSCRIBITUR
ERATO.

Aristagoras quidem Ionicæ rebellionis auctor ita oppetiit. Histiæus autem Mileti tyrannus a Dario dimissus Sardes venit: eo quum venisset e Susis, interrogatus est ab Artapherne Sardium præfecto, quidnam ei videretur Iones ad rebellandum

τι δοκέοι Ἴωνας ἀπεστάναι. ὁ δὲ οὔτε εἰδέναι ἔφη, ἐθώϋμαζέ τε τὸ γεγονὸς, ὡς οὐδὲν δῆθεν τῶν παρεόντων πρηγμάτων ἐπιστάμενος. ὁ δὲ Ἀρταφέρνης ὁρέων αὐτὸν τεχνάζοντα, εἶπε, εἰδὼς τὴν ἀτρεκίην τῆς ἀποστάσιος, "Οὕτω " τοι, Ἱστιαῖε, ἔχει κατὰ ταῦτα τὰ πρήγ- " ματα· τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔῤῥαψας μὲν σὺ, " ὑπεδήσατο δὲ ὁ Ἀρισταγόρης."

β'. Ἀρταφέρνης μὲν ταῦτα ἐς τὴν ἀπόστασιν ἔχοντα εἶπε. Ἱστιαῖος δὲ, δείσας ὡς συνιέντα Ἀρταφέρνεα, ὑπὸ τὴν πρώτην ἐπελθοῦσαν νύκτα ἀπέδρη ἐπὶ θάλασσαν, βασιλῆα Δαρεῖον ἐξηπατηκώς· ὃς Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην ὑποδεξάμενος κατεργάσασθαι, ὑπέδυνε τῶν Ἰώνων τὴν ἡγεμονίην τοῦ πρὸς Δαρεῖον πολέμου. διαβὰς δὲ ἐς Χίον, ἐδέθη ὑπὸ Χίων,

---

induxisse: et quum negaret se id scire, quinimo mirari quod actum esset, tanquam rerum præsentium prorsus ignarus, Artaphernes, qui eum artificio uti comperisset, et veram defectionis originem nosset, inquit, Histiæe, sic res istæ se habent; hunc calceum tu quidem suisti, Aristagoras autem calceavit.

2. Hoc Artaphernes ad rebellionem pertinens dixit: quem Histiæus tanquam rei gnarum veritus, prima statim nocte fuga se ad mare proripuit, regem Darium frustratus, cui Sardiniam insulam maximam in illius potestatem redacturum se pollicitus, subiit ducatum Ionum belli adversus Darium. Is quum in Chium transmisisset, a Chiis in vincula conjectus est, vitupe-

καταγνωσθεὶς πρὸς αὐτέων νεώτερα πρήσσειν πρήγματα ἐς ἑωϋτοὺς ἐκ Δαρείου. μαθόντες μέντοι οἱ Χῖοι τὸν πάντα λόγον, ὡς πολέμιος εἴη βασιλέϊ, ἔλυσαν αὐτόν.

γ'. Ἔνθαῦτα δὴ εἰρωτεόμενος ὑπὸ τῶν Ἰώνων ὁ Ἱστιαῖος κατότι προθύμως οὕτω ἐπέστειλε τῷ Ἀρισταγόρῃ ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλῆος, καὶ κακὸν τοσοῦτον εἴη Ἴωνας ἐξεργασμένος· τὴν μὲν γενομένην αὐτοῖσι αἰτίην οὐ μάλα ἐξέφαινε, ὁ δὲ ἔλεγέ σφι, ὡς βασιλεὺς Δαρεῖος ἐβουλεύσατο Φοίνικας μὲν ἐξαναστήσας, ἐν τῇ Ἰωνίῃ κατοικίσαι, Ἴωνας δὲ, ἐν τῇ Φοινίκῃ· καὶ τουτέων εἵνεκα ἐπιστείλειε. οὐδέν τι πάντως ταῦτα βασιλῆος βουλευσαμένου, ἐδειμάτου τοὺς Ἴωνας.

δ'. Μετὰ δὲ, ὁ Ἱστιαῖος δι' ἀγγέλου ποιεύμενος Ἑρμίππου, ἀνδρὸς Ἀταρνεΐτεω, τοῖσι

---

ratus ab eis quasi res novas moliretur contra ipsos ab Dario: sed ubi omnem cognovere rationem, quod regi hostis esset, hominem solverunt.

3. Ibi interrogatus Histiæus ab Ionibus, cur ita propense Aristagoræ ut a rege deficeret mandasset, et tanta clade Iones affecisset, causam quæ fuerat ipsis plane non aperuit, sed dixit regem Darium constituisse, Phœnices e sedibus suis amotos in Ioniam transferre, et Iones in Phœnicen, et hac caussa sic monuisse: quum nihil omnino tale rex deliberavisset, ipse Iones terrefaciebat.

4. Post hæc ad Persas qui Sardibus erant, literas dat, tan-

ἐν Σάρδισι ἐοῦσι Περσέων ἔπεμπε βιβλία, ὡς προλελεσχηνευμένων αὐτῷ, ἀποστάσιος πέρι. ὁ δὲ Ἕρμιππος πρὸς τοὺς μὲν ἀπεπέμφθη, οὐ διδοῖ, φέρων δὲ ἐνεχείρισε τὰ βιβλία Ἀρταφέρνεϊ. ὁ δὲ, μαθὼν ἅπαν τὸ γινόμενον, ἐκέλευε τὸν Ἕρμιππον τὰ μὲν παρὰ τοῦ Ἱστιαίου, δοῦναι φέροντα τοῖσί περ ἔφερε, τὰ δὲ ἀμοιβαῖα τὰ παρὰ τῶν Περσέων ἀντιπεμπόμενα Ἱστιαίῳ, ἑωϋτῷ δοῦναι. τουτέων δὲ γενομένων φανερῶν, ἀπέκτεινε ἐνθαῦτα πολλοὺς Περσέων ὁ Ἀρταφέρνης.

έ. Περὶ Σάρδις μὲν δὴ ἐγένετο ταραχή. Ἱστιαῖον δὲ, ταύτης ἀποσφαλέντα τῆς ἐλπίδος, Χῖοι κατῆγον ἐς Μίλητον, αὐτοῦ Ἱστιαίου δεηθέντος. οἱ δὲ Μιλήσιοι ἄσμενοι ἀπαλλαχθέντες καὶ Ἀρισταγόρεω, οὐδαμῶς πρόθυμοι

---

quam secum antea de rebellione fabulatos; quas literas misit per quendam Hermippum Atarnitam. Eas Hermippus non iis, ad quos dabantur, reddidit, sed in manum dedit Artapherni. Ille, omnibus quæ agebantur cognitis, jubet Hermippum eas quidem reddere, quibus Histiæus mittebat, sed quæ vicissim a Persis ad Histiæum responderentur, sibi dare. Ita rebus palam factis, Artaphernes de multis Persarum supplicium sumpsit.

5. Et Sardibus quidem tumultus extitit: Histiæus autem hac spe lapsus, exoratis Chiis, Miletum ab illis reductus est. Sed Milesii, libenter etiam ab Aristagora liberati, nullo pacto animum inducebant ad alium

ἔσαν ἄλλον τύραννον δέκεσθαι ἐς τὴν χώρην, οἷα τε ἐλευθερίης γευσάμενοι. καὶ δὴ (νυκτὸς γὰρ ἐούσης βίῃ ἐπειρᾶτο κατιὼν ὁ Ἱστιαῖος ἐς τὴν Μίλητον) τιτρώσκεται τὸν μηρὸν ὑπό τευ τῶν Μιλησίων. ὁ μὲν δὴ ὡς ἀπωστὸς τῆς ἑωϋτοῦ γίνεται, ἀπικνέεται ὀπίσω ἐς τὴν Χίον· ἐνθεῦτεν δὲ (οὐ γὰρ ἔπειθε τοὺς Χίους ὥστε ἑωϋτῷ δοῦναι νέας) διέβη ἐς Μιτυλήνην, καὶ ἔπεισε Λεσβίους δοῦναι οἱ νέας. οἱ δὲ, πληρώσαντες ὀκτὼ τριήρεας, ἔπλεον ἅμα Ἱστιαίῳ ἐς Βυζάντιον· ἐνθαῦτα δὲ ἱζόμενοι, τὰς ἐκ τοῦ Πόντου ἐκπλωούσας τῶν νεῶν ἐλάμβανον, πλὴν ἢ ὅσοι αὐτέων Ἱστιαίῳ ἔφασαν ἑτοῖμοι εἶναι πείσεσθαι.

ϛ΄. Ἱστιαῖος μὲν νυν καὶ Μιτυληναῖοι ἐποίευν ταῦτα. ἐπὶ δὲ Μίλητον αὐτὴν ναυτι-

---

tyrannum illuc recipiendum, utpote gustata libertate. Histiæus igitur sub noctem conatus per vim redire Miletum, a quodam Milesio femur vulneratus est. Ita rejectus a patria sua, se recepit Chium: atque illinc, quoniam Chios ad tradendas sibi naves inducere non poterat, trajecit Mitylenen: et quum Lesbiis ut sibi traderent naves persuasisset, hi sane octo triremibus instructis Byzantium cum eo navigarunt. Ibique subsidentes, navigia e Ponto enavigantia intercipiebant, præter eorum qui se paratos obsequi Histiæo ipsi assentiebantur.

6. Histiæo et Mitylenæis hæc agentibus, ad ipsam Miletum ingens exercitus navalis pariter et terrestris expectabatur. Du-

κὸς πολλὸς καὶ πεζὸς ἦν στρατὸς προσδόκιμος· συστραφέντες γὰρ οἱ στρατηγοὶ τῶν Περσέων, καὶ ἓν ποιήσαντες στρατόπεδον, ἤλαυνον ἐπὶ τὴν Μίλητον, τἄλλα πολίσματα περὶ ἐλάσσονος ποιησάμενοι. τοῦ δὲ ναυτικοῦ Φοίνικες μὲν ἔσαν προθυμότατοι· συνεστρατεύοντο δὲ καὶ Κύπριοι, νεωστὶ κατεστραμμένοι, καὶ Κίλικές τε καὶ Αἰγύπτιοι. οἱ μὲν δὴ ἐπὶ τὴν Μίλητον καὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίην ἐστράτευον.

ζ'. Ἴωνες δὲ, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἔπεμπον προβούλους σφέων αὐτέων ἐς Πανιώνιον. ἀπικομένοισι δὲ τούτοισι ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, καὶ βουλευομένοισι, ἔδοξε πεζὸν μὲν στρατὸν μὴ συλλέγειν ἀντίξοον Πέρσῃσι, ἀλλὰ τὰ τείχεα ῥύεσθαι αὐτοὺς Μιλησίους· τὸ δὲ ναυτικὸν πληροῦν, ὑπολειπομένους μηδεμίην τῶν

---

ces enim Persarum coactis in unum exercitum copiis versus eam ducebant, minoris cetera oppida facientes. Inter classiarios promptissimi erant Phœnices, cum quibus militabant et Cyprii recens subacti, et Cilices, et Ægyptii.

7. Hos adversus Miletum et ceteram Ioniam venturos quum intellexissent Iones, miserunt suos quique primores ad commune Ioniæ concilium. Quibus in eum locum coactis atque deliberantibus, visum est, non debere terrestres copias adversus Persas contrahi, sed ab ipsis Milesiis muros defendi, classem sociis navalibus instruere nulla navi prætermissa: instructaque

νεῶν· πληρώσαντας δὲ, συλλέγεσθαι τὴν ταχίστην ἐς Λάδην, προναυμαχήσοντας Μιλήτου· ἡ δὲ Λάδη ἔστι νῆσος μικρὴ ἐπὶ τῇ πόλι τῇ Μιλησίων κειμένη.

η′ Μετὰ δὲ ταῦτα, πεπληρωμένῃσι τῇσι νηυσὶ παρῆσαν οἱ Ἴωνες· σὺν δέ σφι, καὶ Αἰολέων οἳ Λέσβον νέμονται· ἐτάσσοντο δὲ ὧδε· τὸ μὲν πρὸς τὴν ἕω εἶχον κέρας αὐτοὶ Μιλήσιοι, νέας παρεχόμενοι ὀγδώκοντα· εἴχοντο δὲ τουτέων Πριηνέες δυώδεκα νηυσὶ, καὶ Μυούσιοι τρισὶ νηυσί· Μυουσίων δὲ Τήϊοι εἴχοντο ἑπτακαίδεκα νηυσί· Τηΐων δὲ εἴχοντο Χῖοι ἑκατὸν νηυσί· πρὸς δὲ τούτοισι, Ἐρυθραῖοί τε ἐτάσσοντο καὶ Φωκαέες· Ἐρυθραῖοι μὲν, ὀκτὼ νέας παρεχόμενοι, Φωκαέες δὲ, τρεῖς· Φωκαέων δὲ εἴχοντο Λέσβιοι νηυσὶ ἑβδομήκοντα·

---

classe, primo quoque tempore contrahi apud Ladam pugna navali decreturos ad juvandam Miletum.

8. Lada autem, parva est insula, urbi Milesiorum objacens. Post hæc impletis navibus Iones præsto fuerunt, comitantibus Æolensibus, qui incolunt Lesbum, atque ita aciem instruxerunt. Cornu quod erat auroram versus, ipsi Milesii cum octoginta navibus, quas etiam præbebant, tenebant. His contigui Prienenses erant, duodecim cum navibus et Myusii cum tribus. His contigui Teii, septem et decem cum navibus; illis juncti Chii cum centum. Ultra hos locati erant Erythræi et Phocæenses: Erythræi quidem, collatis octo navibus, Phocæenses

τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο ἔχοντες τὸ πρὸς ἑσπέρην κέρας Σάμιοι, ἑξήκοντα νηυσί. πασέων δὲ τουτέων ὁ σύμπας ἀριθμὸς ἐγένετο, τρεῖς καὶ πεντήκοντα καὶ τριηκόσιαι τριήρεες. αὗται μὲν Ἰώνων ἔσαν.

θ'. Τῶν δὲ βαρβάρων τὸ πλῆθος τῶν νεῶν ἔσαν ἑξακόσιαι. ὡς δὲ καὶ αὗται ἀπίκατο πρὸς τὴν Μιλησίην, καὶ ὁ πεζός σφι ἅπας παρῆν, ἐνθαῦτα οἱ Περσέων στρατηγοὶ πυθόμενοι τὸ πλῆθος τῶν Ἰάδων νεῶν, καταῤῥώδησαν μὴ οὐ δυνατοὶ γένωνται ὑπερβαλέσθαι, καὶ οὕτω οὔτε τὴν Μίλητον οἷοί τε ἔωσι ἐξελεῖν, μὴ οὐκ ἐόντες ναυκράτορες, πρός τε Δαρείου κινδυνεύσωσι κακόν τι λαβεῖν. ταῦτα ἐπιλεγόμενοι συλλέξαντες τῶν Ἰώνων τοὺς τυράννους, οἱ ὑπ' Ἀρισταγόρεω μὲν τοῦ Μιλησίου καταλυθέν-

vero tribus. Phocæensibus adhærebant Lesbii cum navibus septuaginta. Ultimi in cornu occasum versus erant Samii cum sexaginta navibus. In summa omnium numerus, trecentæ quinquaginta tres triremes.

9. Tot fuere Ionum naves. Barbarorum vero, numero sexcentæ. Quæ ubi et ipsæ ad agrum Milesium venere, omnisque eis peditatus adfuit, tum vero duces Persarum, audita multitudine Ionicarum navium, extimuerunt ne hostem superare, atque ita nec Miletum capere possent classe non potentes, simulque ob id apud Darium caderent in periculum pœnæ subeundæ. Hæc reputantes, contractis Ionum tyrannis, qui ab Aristagora Milesio dejecti im-

τες τῶν ἀρχέων, ἔφευγον ἐς Μήδους, ἐτύγχανον δὲ τότε συστρατευόμενοι ἐπὶ τὴν Μίλητον, τουτέων τῶν ἀνδρῶν τοὺς παρεόντας συγκαλέσαντες, ἔλεγόν σφιν τάδε, "Ἄνδρες Ἴωνες, "νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσας φανήτω τὸν βα-"σιλῆος οἶκον· τοὺς γὰρ ἑωϋτοῦ ἕκαστος "ὑμέων πολίητας πειράσθω ἀποσχίζων ἀπὸ "τοῦ λοιποῦ συμμαχικοῦ. προϊσχόμενοι δὲ "ἐπαγγείλασθε τάδε, ὡς πείσονταί τε ἄχαρι "οὐδὲν διὰ τὴν ἀπόστασιν, οὐδέ σφι οὔτε τὰ "ἱρὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμπεπρήσεται, οὐδὲ βιαι-"ότερον ἕξουσι οὐδὲν, ἢ πρότερον εἶχον· εἰ δὲ "ταῦτα μὲν οὐ ποιήσουσι, οἱ δὲ πάντως διὰ "μάχης ἐλεύσονται, τάδε σφι λέγετε ἐπηρε-"άζοντες, τά περ σφέας κατέξει, ὡς ἑσσωθέν-"τες τῇ μάχῃ, ἐξανδραποδιεῦνται, καὶ ὡς "σφεων τοὺς παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν, τὰς

---

periis, ad Medos fugerant, et tunc adversus Miletum simul militabant, horum quicunque aderant convocatis, ita verba fecerunt, Viri Iones, nunc aliquis vestrum bene merens de domo regia appareat. Suos enim populares quisque vestrum conetur abducere a reliquis sociis, eliciendo illos hac promissione, nihil eos quod rebellarint, molestiæ sensuros, nullas eorum vel sacras vel privatas res incensum iri, nihil violentius quam antea passuros; sin minus ista facere, sed omnino decernere prœlio voluerint, hæc eis minitantes damna dicite eventura, quæ certe evenient; ipsos prœlio victos in servitutem rapiendos, liberos

" δὲ παρθένους ἀνασπάστους ἐς Βάκτρα, καὶ " ὡς τὴν χώρην ἄλλοισι παραδώσομεν". Οἱ μὲν δὴ ἔλεγον ταῦτα.

ί. Τῶν δὲ Ἰώνων οἱ τύραννοι διέπεμπον νυκτὸς ἕκαστος ἐς τοὺς ἑωϋτοῦ ἐξαγγελλόμενος. οἱ δὲ Ἴωνες, ἐς τοὺς καὶ ἀπίκοντο αὗται αἱ ἀγγελίαι, ἀγνωμοσύνῃ τε διεχρέοντο, καὶ οὐ προσίεντο τὴν προδοσίην· ἑωϋτοῖσί τε ἕκαστοι ἐδόκεον μούνοισι ταῦτα τοὺς Πέρσας ἐξαγγέλεσθαι. ταῦτα μέν νυν ἰθέως ἀπικομένων ἐς τὴν Μίλητον τῶν Περσέων ἐγίνετο.

ιά. Μετὰ δὲ, τῶν Ἰώνων συλλεχθέντων ἐς τὴν Λάδην, ἐγίνοντο ἀγοραί· καὶ δή κου σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο, ἐν δὲ δὴ καὶ ὁ Φωκαεὺς στρατηγὸς Διονύσιος, λέγων τάδε, " Ἐπὶ ξυ" ροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα,

---

eorum a nobis castrandos, virgines in Bactra asportandas: terram aliis tradendam.

10. Hæc loquutis Persarum ducibus, Ionum tyranni sub noctem ad suos quisque populares denunciatum miserunt. Iones ad quos ii nuncii etiam pervenerunt, contemnere hæc nec admittere proditionem, sibi quique solis illa a Persis denunciari existimantes. Hæc quidem, simulatque Miletum Persæ applicuere, gesta sunt.

11. Mox quum ad Laden Iones coacti essent, conciliaque haberentur, et aliæ ab aliis sententiæ dicerentur, etiam in his Dionysius Phocæensis dux ita loquutus est: In acie quippe novaculæ res nostræ sunt, viri Iones, ut aut liberi simus aut servi,

« Ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοι-
« σι, καὶ τούτοισι ὡς δρηπέτησι· νῦν ὦν ὑμέες,
« ἢν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι,
« τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσται, οἷοί
« τε δὲ ἔσεσθε, ὑπερβαλλόμενοι τοὺς ἐναντίους,
« εἶναι ἐλεύθεροι· εἰ δὲ μαλακίῃ τε καὶ ἀτα-
« ξίῃ διαχρήσεσθε, οὐδεμίην ὑμέων ἔχω ἐλπί-
« δα μὴ οὐ δώσειν ὑμεας δίκην τῷ βασιλέϊ
« τῆς ἀποστάσιος. ἀλλ' ἐμοί τε πείθεσθε,
« καὶ ἐμοὶ ὑμέας αὐτοὺς ἐπιτρέψατε· καὶ
« ὑμῖν ἐγὼ, θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, ὑποδέκομαι
« ἢ οὐ συμμίξειν τοὺς πολεμίους, ἢ συμμίσ-
« γοντας. πολλὸν ἐλασσώσεσθαι».

ιβ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Ἴωνες ἐπιτρέπουσι σφέας αὐτοὺς τῷ Διονυσίῳ. ὁ δὲ, ἀνάγων ἑκάστοτε ἐπὶ κέρας τὰς νέας, ὅκως τοῖσι ἐρέτῃσι χρήσαιτο, διέκπλοον ποιεύμενος τῇσι νηυσὶ δι'

---

et quidem tanquam fugitivi. Itaque vos, si vultis ærumnas excipere, cum maxime quidem subeundus erit vobis labor; verumtamen superatis hostibus, liberi esse poteritis: sin autem ignavi fueritis, et per tumultum omnia confuderitis, nullam vestri spem habeo quominus pœnas regi rebellionis detis. Sed assentiamini mihi, et vos ipsos mihi permittite; et ego, diis ex æquo juvantibus, recipio vobis aut non concursuros hostes, aut si concurrent, multo inferiores futuros.

12. His auditis, Iones sese Dionysio permisere. Ille naves identidem in cornua producens, ut remigibus uteretur, navibus

ἀλληλέων, καὶ τὰς ἐπιβάτας ὁπλίσειε, τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρης τὰς νέας ἔχεσκε ἐπ' ἀγκυρέων· παρεῖχέ τε τοῖσι Ἴωσι πόνον δι' ἡμέρης. μέχρι μέν νυν ἡμερέων ἑπτὰ ἐπείθοντό τε καὶ ἐποίευν τὸ κελευόμενον· τῇ δὲ ἐπὶ ταύτῃσι, οἱ Ἴωνες, οἷα ἀπαθέες ἐόντες πόνων τοιούτων, τετρυμένοι τε ταλαιπωρίῃσί τε καὶ ἡλίῳ, ἔλεξαν πρὸς ἑωϋτοὺς τάδε, "Τίνα δαιμόνων "παραβάντες, τάδε ἀναπίμπλαμεν, οἵτινες "παραφρονήσαντες, καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ "νόου, ἀνδρὶ Φωκαέϊ ἀλαζόνι, παρεχομένῳ "νέας τρεῖς, ἐπιτρέψαντες ἡμέας ἑωϋτοὺς "ἔχομεν; ὁ δὲ, παραλαβὼν ἡμέας, λυμαίνε"ται λύμῃσι ἀνηκέστοισι· καὶ δὴ πολλοὶ "μὲν ἡμέων ἐς νούσους πεπτώκασι, πολλοὶ "δὲ ἐπίδοξοι τὠυτὸ τοῦτο πείσεσθαι εἰσί·

---

inter se trajectum procurans, et propugnatores armaret, reliquum diei naves in ancoris retinebat, et per totum diem laborem Ionibus exhibebat; ad septimum usque diem obtemperaverunt atque imperata fecerunt. Post dies istos proximo Iones, utpote talium vexationum insueti, tum laboris hac tolerantia, tum sole afflictati, inter se dixere, Quo nos deorum offenso ista patimur? qui desipientes ac de cursu mentis dejecti viro Phocæensi superbo tres naves habenti, omnino nos ipsos permisimus? quos ille sumptos perdit insanabilibus ærumnis? quorum multi quidem in morbum inciderunt, multi idem passuri videntur: quibus satius est quidvis aliud quam hæc mala pati,

" πρό τε τούτων τῶν κακῶν, ἡμῖν γε κρέσσον
" καὶ ὁτιῶν ἄλλο παθέειν ἐστὶ, καὶ τὴν μέλ-
" λουσαν δουληΐην ὑπομεῖναι, ἥτις ἔσται,
" μᾶλλον ἢ τῇ παρεούσῃ συνέχεσθαι. φέρετε,
" τοῦ λοιποῦ μὴ πειθώμεθα αὐτῷ". Ταῦτα ἔλεξαν· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα πείθεσθαι οὐδεὶς ἤθελε, ἀλλ' οἷα στρατιὴ, σκηνάς τε πηξάμενοι ἐν τῇ νήσῳ, ἐσκιητροφέοντο, καὶ ἐσβαίνειν οὐκ ἐθέλεσκον ἐς τὰς νέας, οὐδ' ἀναπειρᾶσθαι.

ιγ'. Μαθόντες δὲ ταῦτα τὰ γινόμενα ἐκ τῶν Ἰώνων οἱ στρατηγοὶ τῶν Σαμίων, ἐνθαῦτα δὴ παρ' Αἰάκεος τοῦ Συλοσῶντος, κείνους τοὺς πρότερον ἔπεμπε λόγους Αἰάκης, κελευόντων τῶν Περσέων, δεόμενός σφεων ἐκλιπεῖν τὴν Ἰώνων συμμαχίην· οἱ Σάμιοι ὦν, ὁρέωντες ἅμα μὲν ἐοῦσαν ἀταξίην πολλὴν ἐκ τῶν Ἰώ-

---

atque adeo servitutem futuram, siqua erit, sustinere, quam præsenti afflictari. Agite, huic ne deinceps obtemperemus. Hæc inter se loquuti; et mox deinde nemo illi parere velle, sed tentoriis more militari in insula defixis, frui umbraculis, ac nolle naves ingredi, neque experimentis explorari.

13. Id ab Ionibus fieri animadvertentes Samiorum duces, tunc per Æacem, Sylosontis filium, illos quos antea miserat sermones Æaces, jubentibus Persis rogans illos, ut desererent societatem Ionum: Samii igitur, videntes simul gravem confusionem Ionum existere, admiserunt eos sermones, simul quod fieri non

νων, ἐδέκοντο τοὺς λόγους· ἅμα δὲ κατεφαίνετό σφι εἶναι ἀδύνατον τὰ βασιλῆος πρήγματα ὑπερβαλέσθαι. εὖ τε ἐπιστάμενοι ὡς εἰ καὶ τὸ παρεὸν ναυτικὸν ὑπερβαλοίατο τοῦ Δαρείου, ἄλλό σφι παρέσται πενταπλήσιον· προφάσιος ὦν ἐπιλαβόμενοι, ἐπεί τε τάχιστα εἶδον τοὺς Ἴωνας ἀρνευμένους εἶναι χρηστοὺς, ἐν κέρδεϊ ἐποιεῦντο περιποιῆσαι τά τε ἱρὰ τὰ σφέτερα καὶ τὰ ἴδια. ὁ δὲ Αἰάκης, παρ' ὅτευ τοὺς λόγους ἐδέκοντο, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶντος τοῦ Αἰάκεος, τύραννος δὲ ἐὼν Σάμου, ὑπὸ τοῦ Μιλησίου Ἀρισταγόρεω ἀπεστέρητο τὴν ἀρχὴν, κατάπερ οἱ ἄλλοι τῆς Ἰωνίης τύραννοι.

ιδʹ. Τότε ὦν ἐπεὶ ἐπέπλωον οἱ Φοίνικες, οἱ Ἴωνες ἀντανῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας ἐπὶ κέρας. ὡς δὲ καὶ ἀγχοῦ ἐγένοντο, καὶ συνέμισγον ἀλ-

posse videretur, ut regis potentiam superarent, ac probe scirent, si præsens copia navalis superaretur Darii, aliam quintuplo majorem adfuturam. Nacti igitur occasionem, ubi primum viderunt Iones negantes se in officio futuros, lucrifaciendam putaverunt suorum sacrorum atque privatarum rerum conservationem. Æaces autem cujus orationem admisere Samii, filius Sylosontis Æacis filii fuit, Sami tyrannus, ab Aristagora Milesio exutus principatu, quemadmodum alii Ioniæ tyranni.

14. Itaque posteaquam Phœnices adnavigare cœperunt, Ionesque et ipsi naves in cornua digestas contra educere, ac pro-

λήλοισι, τοενθεῦτεν οὐκ ἔχω ἀτρεκέως συγγράψαι, οἵτινες τῶν Ἰώνων ἐγένοντο ἄνδρες κακοὶ ἢ ἀγαθοὶ ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ· ἀλλήλους γὰρ καταιτιῶνται. λέγονται δὲ Σάμιοι ἐνθαῦτα, κατὰ τὰ συγκείμενα πρὸς τὸν Αἰάκεα, ἀειράμενοι τὰ ἱστία, ἀποπλῶσαι ἐκ τῆς τάξιος ἐς τὴν Σάμον, πλὴν ἕνδεκα νεῶν. τουτέων δὲ οἱ τριήραρχοι παρέμενον καὶ ἐναυμάχεον, ἀνηκουστήσαντες τοῖσι στρατηγοῖσι· καί σφι τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων ἔδωκε διὰ τοῦτο τὸ πρῆγμα, ἐν στήλῃ ἀναγραφῆναι πατρόθεν, ὡς ἀνδράσι ἀγαθοῖσι γενομένοισι· καὶ ἔστι αὕτη ἡ στήλη ἐν τῇ ἀγορῇ. ἰδόμενοι δὲ καὶ Λέσβιοι τοὺς προσεχέας φεύγοντας, τὠϋτὸ ἐποίευν τοῖσι Σαμίοισι· ὡς δὲ καὶ οἱ πλεῦνες τῶν Ἰώνων ἐποίευν τὰ αὐτὰ ταῦτα.

---

pius ventum est, prœliumque consertum, tunc quinam Iones ignavi, quive egregii fuerint, haud queo pro comperto scribere, quia alius in alium rejicit culpam. Dicuntur tamen Samii tunc, quemadmodum cum Æace composuerant, sublatis velis ex ordine excessisse Samumque abiisse, præter undecim naves, quarum trierarchi permanserunt, dimicaruntque, nolentes dicto audientes esse ducibus. Quo ex facto commune Samiorum eis donavit, ut ipsorum nomina a majoribus paternis repetita, tanquam egregiorum virorum in columna scriberentur: exstatque ea columna in foro. Lesbii videntes Samios, qui juxta erant, fugam capessere, idem fecere quod Samii, sicut etiam plurimi Ionum fecerunt hæc eadem.

ιε'. Τῶν δὲ παραμεινάντων ἐν τῇ ναυμαχίῃ περιέφθησαν τρηχύτατα Χῖοι, ὡς ἀποδεικνύμενοί τε ἔργα λαμπρὰ καὶ οὐκ ἐθελοκακέοντες. παρείχοντο μὲν γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐῤῥήθη, νέας ἑκατὸν, καὶ ἐπ' ἑκάστης αὐτέων, ἄνδρας τεσσεράκοντα τῶν ἀστῶν λογάδας ἐπιβατεύοντας· ὁρέοντες δὲ τοὺς πολλοὺς τῶν συμμάχων προδιδόντας, οὐκ ἐδικαίευν γενέσθαι τοῖσι κακοῖσι αὐτέων ὁμοῖοι, ἀλλὰ μετ' ὀλίγων συμμάχων μεμουνωμένοι, διεκπλώοντες ἐναυμάχεον, ἐς ὃ τῶν πολεμίων ἑλόντες νέας συχνὰς, ἀπέβαλον τῶν σφετέρων νεῶν τὰς πλεῦνας. Χῖοι μὲν δὴ τῇσι λοιπῇσι τῶν νεῶν ἀποφεύγουσι ἐς τὴν ἑωϋτῶν.

ιϛ'. Ὅσοισι δὲ τῶν Χίων ἀδύνατοι ἔσαν αἱ νέες ὑπὸ τρωμάτων, οὗτοι δὲ ὡς ἐδιώκοντο,

15. Ex iis vero qui in pugna perstiterunt Chii, asperrime circumventi sunt, et quia nolebant perfide agere, et propter edita egregia opera. Qui, ut superius dictum est, centum naves quum præberent, singulas cum quadragenis propugnatoribus delectorum civium, etsi cernerent permultos sociorum esse proditores, tamen non existimaverunt sibi licere istis pravis similes esse: sed desolati cum paucis sociis discursando dimicaverunt, donec compluribus captis hostium navibus, pluribus suarum amissis, cum ceteris in terram suam perfugerunt.

16. Quorum vero naves invalidæ erant propter vulnera, illi, quum insequeretur hostis, ad Mycalen fugientes, impactis ter-

καταφυγγάνουσι πρὸς τὴν Μυκάλην. νέας μὲν δὴ αὐτοῦ ταύτῃ ἐποκείλαντες κατέλιπον, οἱ δὲ πεζῇ ἐκομίζοντο διὰ τῆς ἠπείρου. ἐπεὶ δὲ ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἐφεσίην κομιζόμενοι οἱ Χῖοι, νυκτός τε ἀπικέατο ἐς αὐτὴν, καὶ ἐόντων τῇσι γυναιξὶ αὐτόθι θεσμοφορίων ἐνθαῦτα δὴ οἱ Ἐφέσιοι, οὔτε προακηκοότες ὡς εἶχε περὶ τῶν Χίων, ἰδόντες τε στρατὸν ἐς τὴν χώρην ἐσβεβληκότα, πάγχυ σφέας καταδόξαντες εἶναι κλῶπας, καὶ ἰέναι ἐπὶ τὰς γυναῖκας, ἐξεβοήθεον πανδημεὶ, καὶ ἔκτεινον τοὺς Χίους. οὗτοι μέν νυν τοιαύτῃσι περιέπιπτον τύχῃσι.

ιζ'. Διονύσιος δὲ ὁ Φωκαεὺς, ἐπεί τε ἔμαθε τῶν Ἰώνων τὰ πρήγματα διεφθαρμένα, νέας ἑλὼν τρεῖς τῶν πολεμίων, ἀπέπλεε ἐς μὲν Φώκαιαν οὐκέτι, εὖ εἰδὼς ὡς ἀνδραποδιεῖται σὺν τῇ

---

ræ navibus atque ibi relictis, per continentem pedestre iter fecerunt. Et quum in agrum Ephesium ingressi essent, sub noctem ad urbem contenderunt, quum illic a mulieribus sacra legiferæ Cereris fierent: quos armatos Ephesii ingressos agrum suum videntes, quum de eis nihil audissent, prorsus suspicati fures esse et ad mulieres tendere, universi ad vim arcendam procurrerunt, Chiosque interemerunt: et hi quidem hoc casu occiderunt.

17. Dionysius autem Phocæensis, posteaquam res Ionum accisas intellexit, captis tribus hostium navibus abiit non jam versus Phocæam, probe sciens eam cum reliqua Ionia direptum iri, sed ut erat, recta contendit in

ἄλλη Ἰωνίῃ. ὁ δὲ ἰθέως ὡς εἶχε, ἔπλωε ἐς Φοινίκην· γαύλους δὲ ἐνθαῦτα καταδύσας, καὶ χρήματα λαβὼν πολλὰ, ἔπλωε ἐς Σικελίην· ὁρμεόμενος δὲ ἐνθεῦτεν, ληϊστὴς κατεστήκεε Ἑλλήνων μὲν οὐδενὸς, Καρχηδονίων δὲ καὶ Τυρσηνῶν.

ιή. Οἱ δὲ Πέρσαι ἐπεί τε τῇ ναυμαχίῃ ἐνίκων τοὺς Ἴωνας, τὴν Μίλητον πολιορκέοντες ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης, καὶ ὑπορύσσοντες τὰ τείχεα, καὶ παντοίας μηχανὰς προσφέροντες, αἱρέουσι κατ᾽ ἄκρης, ἕκτῳ ἔτεϊ ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος τῆς Ἀρισταγόρεω· και ἠνδραποδίσαντο τὴν πόλιν, ὥστε συμπεσέειν τὸ πάθος τῷ χρηστηρίῳ τῷ ἐς Μίλητον γενομένῳ.

ιθ΄. Χρεομένοισι γὰρ Ἀργείοισι ἐν Δελφοῖσι περὶ σωτηρίης τῆς πόλιος τῆς σφετέρης,

---

Phœnicen: ubi navibus onerariis mersis raptaque ingenti pecunia, in Siciliam navigavit: atque illinc prodeundo, latrocinia agitavit, in nullum quidem Græcorum, sed in Carthaginenses ac Tyrrhenos.

18. At Persæ, victis pugna navali Ionibus, Miletum a terra atque mari obsederunt, suffossisque muris, et omni genere tormentorum admoto, eam vi et armis ceperunt sexto quam rebellaverat Aristagoras anno, atque diripuerunt: ut defuncta sit ea calamitate quam oraculum prædixerat.

19. Siquidem Argivis apud Delphos de civitatis suæ salute consulentibus, oraculum commune redditum est, partim ipsos quidem Argivos spectans,

ἐχρήσθη ἐπίκοινον χρηστήριον· τὸ μὲν ἐς αὐτοὺς τοὺς Ἀργείους φέρον, τὴν δὲ παρενθήκην ἔχρησε ἐς Μιλησίους. τὸ μέν νυν ἐς αὐτοὺς Ἀργείους ἔχον, ἐπεὰν κατὰ τοῦτο γένωμαι τοῦ λόγου, τότε μνησθήσομαι· τὰ δὲ τοῖσι Μιλησίοισι οὐ παρεοῦσι ἔχρησε, ἔχει ὧδε,

Καὶ τότε δὴ Μίλητε, κακῶν ἐπιμήχανε ἔργων,
Πολλοῖσι δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήσει·
Σαὶ δ' ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι κομήταις·
Νηοῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις ἄλλοισι μελήσει.

Τότε δὴ ταῦτα τοὺς Μιλησίους κατελάμβανε, ὅτε γε ἄνδρες μὲν οἱ πλεῦνες ἐκτείνοντο ὑπὸ τῶν Περσέων ἐόντων κομητέων, γυναῖκες δὲ καὶ τέκνα ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγίνοντο· ἱρὸν δὲ τὸ ἐν Διδύμοισι, καὶ ὁ νηός τε καὶ τὸ χρηστήριον, συληθέντα ἐνεπίμπρατο. τῶν δ' ἐν τῷ ἱρῷ τούτῳ

sed adjectionem habuit, Milesiis eventura prædicentem. Illud quidem quod ad Argivos pertinet, quum ad eum locum venero, referam: quatenus autem absentibus Milesiis cecinit, ita habet,

Tunc quoque commentrix operum Milete malorum,
Permultis cœna et præstantia munera fies,
Crinitisque pedes tua pluribus abluet uxor:
Templi aliis nostri in Didymis sua cura manebit.

Hæc tunc Milesiis contigerunt, quum ex iis plerique viri a Persis, qui criniti erant, sunt cæsi, uxores ac liberi in mancipiorum numerum cesserunt, templumque quod erat in Didymis, et delubrum juxta oraculum expo-

χρημάτων πολλάκις μνήμην ἑτέρωθι τοῦ λόγου ἐποιησάμην.

κ'. Ἐνθεῦτεν οἱ ζωγρηθέντες τῶν Μιλησίων ἤγοντο ἐς Σοῦσα. βασιλεὺς δέ σφεας Δαρεῖος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, κατοίκισε ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, ἐν Ἄμπῃ πόλι, παρ' ἣν Τίγρης ποταμὸς παραρρέων, ἐς θάλασσαν ἐξίει. τῆς δὲ Μιλησίης χώρης αὐτοὶ μὲν οἱ Πέρσαι εἶχον τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ πεδίον, τὰ δὲ ὑπεράκρια ἔδοσαν Καρσὶ Πηδασεῦσι ἐκτῆσθαι.

κα'. Παθοῦσι δὲ ταῦτα Μιλησίοισι πρὸς Περσέων, οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται, οἳ Λάον τε καὶ Σκίδρον οἴκεον, τῆς πόλιος ἀπεστερημένοι· Συβάριος γὰρ ἁλούσης ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπε-

---

liata deflagrarunt. Pecuniarum autem, quæ in hoc templo erant, sæpe alibi mentionem feci.

20. Milesii conservati a cæde dehinc Susa perducti sunt: quos rex Darius nulla alia pœna afficiens, collocavit in urbe Ampe ad mare rubrum sita, ubi fluvius Tigris eam præterfluens exit in mare. Agrum Milesium urbi circumjectum atque planitiem ipsi Persæ obtinuere, montana Caribus Pedasensibus possidenda dederunt.

21. Hæc Milesiis quum ab Persis accidissent, non reddiderunt vicem Sybaritæ, qui urbe exuti Laon et Scidron incolebant: nam Sybari a Crotoniatis capta, universi Milesii puberes capita detonderunt, et ingentem luctum exhibuerunt.

κείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέγα προεθήκαντο· πόλιες γὰρ αὗται μάλιστα δὴ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλήλῃσι ἐξεινώθησαν· οὐδὲν ὁμοίως καὶ Ἀθηναῖοι. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποιήσαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν, ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήϊα κακὰ, χιλίῃσι δραχμῇσι· καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρέεσθαι τούτῳ τῷ δράματι.

κϐ΄. Μίλητος μέν νυν Μιλησίων ἠρήμωτο. Σαμίων δὲ τοῖσί τι ἔχουσι, τὸ μὲν ἐς τοὺς Μήδους ἐκ τῶν στρατηγῶν τῶν σφετέρων ποιηθὲν, οὐδαμῶς ἤρεσκε· ἐδόκεε δὲ μετὰ τὴν ναυμαχίην αὐτίκα βουλευομένοισι, πρὶν ἤ σφι ἐς τὴν

Ex omnibus enim civitatibus, quas novimus, hæ præcipue mutuo hospitio jungebantur. At non similiter Athenienses, hi enim Mileti expugnationem se permoleste tulisse cum aliis multifariam rebus declararunt, tum vero hac, quod Phrynicho docente fabulam, quam de Mileto direpta fecerat, theatrum illacrymavit, et Athenienses eum, quod domestica mala refricuisset, mille drachmis mulctaverunt; adjecto interdicto nequis postea ea fabula uteretur.

22. Et Miletus quidem Milesiis desolata est. Samiis autem iis qui aliquid habebant, adeo non id quod sui duces erga Medos fecerant, probabatur, ut inito statim post pugnam navalem consilio, visum sit, priusquam

χώρην ἀπικέσθαι τὸν τύραννον Αἰάκεα, ἐς ἀποικίην ἐκπλέειν, μηδὲ μένοντας, Μήδοισί τε καὶ Αἰάκεϊ δουλεύειν. Ζαγκλαῖοι γὰρ οἱ ἀπὸ Σικελίης τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον πέμποντες ἐς τὴν Ἰωνίην ἀγγέλους, ἐπεκαλέοντο τοὺς Ἴωνας ἐς Καλὴν ἀκτὴν, βουλόμενοι αὐτόθι πόλιν κτίσαι Ἰώνων· ἡ δὲ Καλὴ ἀκτὴ αὕτη καλεομένη, ἔστι μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίης· τουτέων ὦν ἐπικαλεομένων, οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἰώνων ἐστάλησαν, σὺν δέ σφι Μιλησίων οἱ ἐκπεφευγότες.

κγ΄. Ἐν ᾧ τοιόνδε δή τι συνήνεικε γενέσθαι. Σάμιοι γὰρ κομιζόμενοι ἐς Σικελίην, ἐγένοντο ἐν Λοκροῖσι τοῖσι Ἐπιζεφυρίοισι, καὶ Ζαγκλαῖοι, αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτέων, τῷ οὔνομα ἦν Σκύθης, περιεκαθέατο πόλιν τῶν

---

eo tyrannus Æaces veniret, in coloniam proficisci, neque manentes et Medis servire et Æaci. Etenim per hoc idem tempus Zanclæi ab Sicilia missis in Ioniam nunciis solicitabant Iones ad Pulchrum litus, cupientes illic urbem Ionum condere. Hoc autem litus quod Pulchrum dicitur, Siculorum quidem est, sed in ea parte Siciliæ quæ ad Tyrrheniam vergit. His ergo solicitantibus, soli ex Ionibus Samii cum iis, qui effugere, Milesiis eo concesserunt.

23. Quibus in Siciliam tendentibus, jamque navigantibus circa Locros Epizephyrios, hoc rei contigit, ut interea Zanclæi una cum suo rege, cui nomen

Σικελῶν ἐξελεῖν βουλόμενοι. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Ῥηγίου τύραννος Ἀναξίλεως, τότε ἐὼν διάφορος τοῖσι Ζαγκλαίοισι, συμμίξας τοῖσι Σαμίοισι, ἀναπείθει ὡς χρεὼν εἴη Καλὴν μὲν ἀκτὴν ἐπ' ἣν ἔπλεον, ἐᾷν χαίρειν, τὴν δὲ Ζάγκλην σχεῖν, ἐοῦσαν ἔρημον ἀνδρῶν. πειθομένων δὲ τῶν Σαμίων, καὶ σχόντων τὴν Ζάγκλην, ἐνθαῦτα οἱ Ζαγκλαῖοι ὡς ἐπύθοντο ἐχομένην τὴν πόλιν ἑωϋτῶν, ἐβοήθεον αὐτῇ, καὶ ἐπεκαλέοντο Ἱπποκράτεα τὸν Γέλης τύραννον· ἦν γὰρ δή σφι οὗτος σύμμαχος. ἐπεί τε δὲ αὐτοῖσι καὶ ὁ Ἱπποκράτης σὺν τῇ στρατιῇ ἧκε βοηθέων, Σκύθην μὲν τὸν μούναρχον τῶν Ζαγκλαίων, ἀποβαλόντα τὴν πόλιν, ὁ Ἱπποκράτης πεδήσας, καὶ τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Πυθογένεα, ἐς Ἴνυκον πόλιν ἀπέπεμψε· τοὺς δὲ λοιποὺς Ζαγκλαίους, κοινολογησάμενος τοῖσι Σαμίοι-

---

erat Scythes, obsiderent urbem Siculorum eam expugnaturi; idque quum audisset Anaxileus tyrannus Rhegii, tunc offensus Zanclæis, adiens Samios, suasit satius esse, ut Pulchrum litus, ad quod navigabant, valere sinerent, et Zanclam occuparent viris desertam. Samii persuasi Zanclam occuparunt. Id Zanclæi quum audissent, urbi suæ suppetias ferunt, advocato Hippocrate Gelæ tyranno: erat enim is eorum socius. Qui posteaquam ad illos juvandos cum exercitu venit, Scythæ Zanclæorum monarcho, orbato urbe, et fratri ejus Pythogeni vincula indidit, eosque in oppidum Inycum relegavit: at ceteros Zan-

σι, καὶ ὅρκους δοὺς καὶ δεξάμενος, προέδωκε. μισθὸς δέ οἱ ἦν εἰρημένος ὅδε ὑπὸ τῶν Σαμίων πάντων τῶν ἐπίπλων καὶ ἀνδραπόδων τὰ ἡμίσεα λαβεῖν τῶν ἐν τῇ πόλι· τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν πάντα, Ἱπποκράτεα λαγχάνειν. τοὺς μὲν δὴ πλεῦνας τῶν Ζαγκλαίων αὐτὸς ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ εἶχε δήσας· τοὺς δὲ κορυφαίους αὐτέων τριηκοσίους, ἔδωκε τοῖσι Σαμίοισι κατασφάξαι· οὐ μέν τοι οἵ γε Σάμιοι ἐποίησαν ταῦτα.

κδ'. Σκύθης δὲ ὁ τῶν Ζαγκλαίων μούναρχος, ἐκ τῆς Ἴνυκος ἐκδιδρήσκει ἐς Ἱμέρην· ἐκ δὲ ταύτης, παρῆν ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ ἀνέβη παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον· καί μιν ἐνόμισε Δαρεῖος πάντων ἀνδρῶν δικαιότατον εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος παρ' ἑωϋτὸν ἀνέβησαν· καὶ γὰρ παραιτησάμενος βασιλῆα, ἐς Σικελίην ἀπίκετο· καὶ αὖτις ἐκ τῆς Σικελίης ὀπί-

clæos ex compacto agens cum Samiis, dato et accepto jurejurando, prodidit, pacta mercede ut dimidium omnis supellectilis ac mancipiorum in urbe ipse haberet; quæ vero in agris essent, omnia ipsi Hippocrati cederent. Ergo plerosque Zanclæorum titulo mancipiorum in vinculis ipse habebat: quorum præstantiores trecentos Samiis occidendos tradidit: quod tamen illi facere noluerunt.

24. Ceterum Scythes Zanclæorum monarcha ex Inyco profugit Himeram, atque illinc transmisit in Asiam, ascenditque ad Darium regem: quem Darius justissimum virorum omnium censuit qui e Græcia ad

σω παρὰ βασιλῆα, ἐς ὃ γήραϊ μέγα ὄλβιος ἐὼν ἐτελεύτησε ἐν Πέρσῃσι.

κέ. Σάμιοι δὲ ἀπαλλαχθέντες Μήδων, ἀπονητὶ πόλιν καλλίστην Ζάγκλην περιεβαλέατο. μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίην τὴν ὑπὲρ Μιλήτου γενομένην, Φοίνικες· κελευσάντων Περσέων, κατῆγον ἐς Σάμον Αἰάκεα τὸν Συλοσῶντος, ὡς πολλοῦ τε ἄξιον γενόμενον σφίσι, καὶ μεγάλα κατεργασάμενον· καὶ Σαμίοισι μούνοισι τῶν ἀποστάντων ἀπὸ Δαρείου διὰ τὴν ἔκλειψιν τῶν νεῶν τῶν ἐν τῇ ναυμαχίῃ, οὔτε ἡ πόλις, οὔτε τὰ ἱρὰ ἐνεπρήσθη. Μιλήτου δὲ ἁλούσης, αὐτίκα Καρίην ἔσχον οἱ Πέρσαι· τὰς μὲν ἐθελοντὴν τῶν πολίων ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω ἐγίνετο.

---

se ascendissent: nam quum exorato rege in Siciliam abiisset, rursus e Sicilia ad regem rediit: donec præ senio admodum beatus apud Persas excessit e vita.

25. Samii itaque Medis liberati, Zanclam urbem pulcherrimam nullo negocio adepti sunt. Ceterum post navale prœlium pro Mileto gestum, Phœnices jubentibus Persis Æacem Sylosontis filium, utpote de ipsis bene meritum, et qui egregiam operam navasset, Samum reduxerunt. Quæ civitas, sola ex omnibus, quæ Dario rebellaverant, ea fuit cujus neque urbs neque templa incenderentur, quod in pugna navali a sociis defecisset. Statim expugnata Mileto Persæ Cariam cepere, civitatibus partim se ultro dedentibus, partim vi adactis. Et hæc quidem ita gesta sunt.

κϛʹ. Ἱστιαίῳ δὲ τῷ Μιλησίῳ ἐόντι περὶ Βυζάντιον, καὶ συλλαμβάνοντι τὰς Ἰώνων ὁλκάδας ἐκπλωούσας ἐκ τοῦ Πόντου, ἐξαγγέλλεται τὰ περὶ Μίλητον γενόμενα. τὰ μὲν δὴ περὶ Ἑλλήσποντον ἔχοντα πρήγματα, ἐπιτράπει Βισάλτῃ Ἀπολλοφάνεος παιδὶ Ἀβυδηνῷ· αὐτὸς δὲ ἔχων Λεσβίους, ἐς Χίον ἔπλεε· καὶ Χίων φρουρῇ οὐ προσιεμένῃ μιν, συνέβαλε ἐν Κοίλοισι καλεομένοισι τῆς Χίης χώρης. τούτων τε δὴ ἐφόνευσε συχνούς, καὶ τῶν λοιπῶν Χίων, οἷα δὴ κεκακωμένων ἐκ τῆς ναυμαχίης, ὁ Ἱστιαῖος ἔχων τοὺς Λεσβίους ἐπεκράτησε, ἐκ Πολίχνης τῆς Χίων ὁρμεόμενος.

κζʹ. Φιλέει δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι· καὶ γὰρ Χίοισι πρὸ τούτων σημήϊα μεγάλα

---

26. Histiæo autem Milesio, dum circa Byzantium agit, et Ionum onerarias naves quæ e Ponto cursum tenebant intercipit, affertur nuncius de rebus ad Miletum gestis. Itaque negociis ad Hellespontum pertinentibus Bisaltæ Apollophanis filio Abydeno delegatis, ipse habens Lesbios, Chium navigat, et apud locum quendam agri Chii, quem vocant Cava, cum Chiorum præsidio, quod ipsum non recipiebat, congressus, permultos eorum interfecit: simulque ceteros Chios, utpote ex pugna navali male affectos subegit, quodam ex eorum oppidulo cum Lesbiis progrediens.

27. Sed videlicet quoties ingentes sunt eventuræ calamitates vel civitati vel nationi, solent

ἐγένετο· τοῦτο μέν σφι πέμψασι ἐς Δελφοὺς χορὸν νεηνιέων ἑκατὸν, δύο μοῦνοι τουτέων ἀπενόστησαν, τοὺς δὲ ὀκτώ τε καὶ ἐννενήκοντα αὐτέων λοιμὸς ὑπολαβὼν ἀπήνεικε· τοῦτο δὲ, ἐν τῇ πόλι τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, ὀλίγον πρὸ τῆς ναυμαχίης, παισὶ γράμματα διδασκομένοισι, ἐνέπεσε ἡ στέγη, ὥστε ἀπ' ἑκατὸν καὶ εἴκοσι παίδων εἷς μοῦνος ἀπέφυγε· ταῦτα μέν σφι σημήϊα ὁ θεὸς προέδεξε. μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ ναυμαχίη ὑπολαβοῦσα, ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε· ἐπὶ δὲ τῇ ναυμαχίῃ ἐπεγένετο Ἱστιαῖος Λεσβίους ἄγων· κεκακωμένων δὲ τῶν Χίων, καταστροφὴν εὐπετέως αὐτέων ἐποιήσατο.

κή. Ἐνθεῦτεν δὲ ὁ Ἱστιαῖος ἐστρατεύετο ἐπὶ Θάσον, ἄγων Ἰώνων καὶ Αἰολέων συχνούς·

---

signis prænunciari: etenim Chiis ante hanc cladem ingentia signa contigerant: unum, quod ex choro centum adolescentum quos miserant Delphos, duo omnino rediere, nonaginta octo tabe intercipiente absumptis: alterum, quod sub idem tempus, paulo ante navalem pugnam, tectum supra pueros litteras discentes corruit, ita ut ex centum viginti pueris unus modo evaserit: hæc eis signa deus præmonstravit. Post hæc excepit pugna navalis, quæ civitatem in genu dejecit. Post eam pugnam accessit Histiæus cum Lesbiis, qui Chios jam exhaustos facile excidit.

28. Histiæus autem illinc cum multa Ionum et Æolensium copia adversus Thasum contendit.

περικατημένῳ δέ οἱ Θάσον ἦλθε ἀγγελίη ὡς οἱ Φοίνικες ἀναπλώουσι ἐκ τῆς Μιλήτου ἐπὶ τὴν ἄλλην Ἰωνίην. πυθόμενος δὲ ταῦτα, Θάσον μὲν ἀπόρθητον λείπει, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Λέσβον ἠπείγετο ἄγων πᾶσαν τὴν στρατιήν. ἐκ Λέσβου δὲ, λιμαινούσης οἱ τῆς στρατιῆς, πέρην διαβαίνει, ἐκ τοῦ Ἀταρνέος ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον τόν τε ἐνθεῦτεν, καὶ τὸν ἐκ Καΐκου πεδίου τὸν τῶν Μυσῶν. ἐν δὲ τούτοισι τοῖσι χωρίοισι ἐτύγχανε ἐὼν Ἅρπαγος, ἀνὴρ Πέρσης, στρατηγὸς στρατιῆς οὐκ ὀλίγης· ὅς οἱ ἀποβάντι συμβαλὼν, αὐτόν τε Ἱστιαῖον ζωγρίῃ ἔλαβε, καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ τὸν πλέω διέφθειρε.

κθʹ. Ἐζωγρήθη δὲ ὁ Ἱστιαῖος ὧδε. ὡς ἐμάχοντο οἱ Ἕλληνες τοῖσι Πέρσῃσι ἐν τῇ Μαλήνῃ τῆς Ἀταρνείτιδος χώρης, οἱ μὲν συνέ-

---

Cui Thasum obsidenti quum esset nunciatum Phœnices a Mileto in reliquam Ioniam proficisci, Thasum inexpugnatam reliquit, atque in Lesbum trajecit cum omnibus copiis: et illinc fame eas urgente trajicit in oppositam continentem, ex Atarneo messurus frumentum tam illinc quam ex campo Caici, qui erat Mysorum. Erat in his locis forte Harpagus, vir Persa, non parvi exercitus dux: qui cum Histiæo egresso in terram certamen committens, et ipsum Histiæum vivum cepit, et majorem exercitus ejus partem occidit.

29. Hunc autem in modum captus est Histiæus: Dum Græci cum Persis pugnarent in Malena regionis Atarnitidis, illi qui-

σταισαν χρόνον ἐπὶ πολλὸν, ἡ δὲ ἵππος ὕστερον ὁρμηθεῖσα ἐπιπίπτει τοῖσι Ἕλλησι· τότε δὴ ἔργον τῆς ἵππου τοῦτο ἐγένετο. καὶ τετραμμένων τῶν Ἑλλήνων, ὁ Ἱστιαῖος ἐλπίζων οὐκ ἀπολέεσθαι ὑπὸ βασιλῆος διὰ τὴν παρεουσαν ἁμαρτάδα, φιλοψυχίην τοιήνδε τινὰ ἀναιρέεται. ὡς φεύγων τε κατελαμβάνετο ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσεω, καὶ ὡς καταιρεόμενος, ὑπ' αὐτοῦ ἔμελλε συγκεντηθήσεσθαι, Περσίδα γλῶσσαν μετεὶς, καταμηνύει ἑωϋτὸν, ὡς εἴη Ἱστιαῖος ὁ Μιλήσιος.

λ'. Εἰ μέν νυν, ὡς ἐζωγρήθη, ἄχθη ἀγόμενος παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον, ὁ δὲ οὔτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδὲν, δοκέειν ἐμοὶ, ἀπῆκέ τ' ἂν αὐτῷ τὴν αἰτίην. νῦν δέ μιν, αὐτέων τε τουτέων εἵνεκα, καὶ ἵνα μὴ διαφυγὼν, αὖτις μέγας

---

dem diu perstiterunt, deinde vero equitatus emissus in Græcos impetum dedit, et inde tota acies pependit; adeo ut versis in fugam Græcis, Histiæus sperans se ob præsentem noxam non interfectum iri ab rege, talem quandam vitæ cupiditatem conciperet, ut quum fugiens caperetur a quodam Persa, atque captus ab eodem esset transfodiendus, sese Milesium Histiæum esse, lingua Persica utens indicaret.

30. Quem opinor, si ita vivus captus ad regem Darium perductus fuisset, nihil mali fuisse passurum, et remissurum ei Darium culpam; nunc ne id contingeret, neve fuga elapsus apud regem magnus rursus existeret, Artaphernes Sardium

παρὰ βασιλέϊ γένηται, Ἀρταφέρνης τε ὁ Σαρδίων ὕπαρχος, καὶ ὁ λαβὼν Ἅρπαγος, ὡς ἀπίκετο ἀγόμενος ἐς Σάρδις, τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα αὐτοῦ ταύτῃ ἀνεσταύρωσαν, τὴν δὲ κεφαλὴν ταριχεύσαντες, ἀνήνεικαν παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον ἐς Σοῦσα. Δαρεῖος δὲ πυθόμενος ταῦτα καὶ ἐπαιτιησάμενος τοὺς ταῦτα ποιήσαντας, ὅτι μιν οὐ ζώοντα ἀνήγαγον ἐς ὄψιν τὴν ἑωϋτοῦ, τὴν κεφαλὴν τὴν Ἱστιαίου λούσαντάς τε καὶ περιστείλαντας εὖ ἐνετείλατο θάψαι, ὡς ἀνδρὸς μεγάλως ἑωϋτῷ τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτεω. τὰ μὲν περὶ Ἱστιαῖον οὕτω ἔσχε.

λα΄. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Περσέων, χειμερίσας περὶ Μίλητον, τῷ δευτέρῳ ἔτεϊ ὡς ἀνέπλωσε, αἱρέει εὐπετέως τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ ἠπείρῳ κειμένας, Χίον καὶ Λέσβον

---

prætor et Harpagus, qui ceperat, ut Sardes reversus est captivum ducens, corpus quidem ejus illic in crucem sustulerunt caput sale conditum Susa ad regem Darium detulerunt. Ea re audita Darius objurgatis qui id fecerant, quod hominem vivum in conspectum suum non adduxissent, jussit Histiæi caput eos elotum atque decore obvolutum sepelire, tanquam viri de ipso ac de Persis bene meriti.

31. Ita res Histiæi se habuerunt. Persarum autem nauticæ copiæ circa militum hybernantes, altero anno ut inde navigarunt, haud difficulter insulas continenti adjacentes ceperunt, Chium, Lesbum, Tenedum:

καὶ Τένεδον. ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἑκάστην αἱρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους· σαγηνεύουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· ἀνὴρ ἀνδρὸς ἁψάμενος τῆς χειρὸς, ἐκ θαλάσσης τῆς βορηΐης ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, καὶ ἔπειτα διὰ πάσης τῆς νήσου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους. αἵρεον δὲ καὶ τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ πόλιας τὰς Ἰάδας κατὰ τὰ αὐτά· πλὴν οὐκ ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους· οὐ γὰρ οἷά τ' ἦν.

λβ΄. Ἐνθαῦτα Περσέων οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἐψεύσαντο τὰς ἀπειλὰς τὰς ἐπηπείλησαν τοῖσι Ἴωσι στρατοπεδευομένοισι ἐναντία σφίσι· ὡς γὰρ δὴ ἐπεκράτησαν τῶν πολίων, παῖδάς τε τοὺς εὐειδεστάτους ἐκλεγόμενοι ἐξέταμνον, καὶ ἐποίευν ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους·

---

quarum insularum ut quamque capiebant, singulas barbari subactas verriculabant: verriculant autem hunc in modum: Vir viri manum tenens prehensam, a mari boreali ad australe transiverunt: post hæc omnem insulam peragrant, venando homines. Ceperunt quoque in continenti urbes Ionicas eadem ratione, præterquam quod non verriculabant homines: neque enim poterunt.

32. Hic autem non falso cesserunt ea, quæ duces Persarum minati sunt Ionibus, quum ex adverso castra haberent: nam posteaquam potiti sunt urbibus, formosissimos quosque puerorum seligentes exciderunt, ut exsectis testibus pro viris integris facerent eunuchos; vir-

καὶ παρθένους τὰς καλλιστευούσας, ἀνασπαστοὺς παρὰ βασιλῆα. ταῦτά τε δὴ ἐποίευν, καὶ τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἱροῖσι. οὕτω δὴ τοτρίτον Ἴωνες κατεδουλώθησαν· πρῶτον μὲν, ὑπὸ Λυδῶν, δὶς δὲ ἐπεξῆς τότε ὑπὸ Περσέων.

λγ΄. Ἀπὸ δὲ Ἰωνίης ἀπαλλασσόμενος ὁ ναυτικὸς στρατὸς, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ἐσπλέοντι τοῦ Ἑλλησπόντου, αἵρεε πάντα· τὰ γὰρ ἐπὶ δεξιὰ αὐτοῖσι τοῖσι Πέρσῃσι ὑποχείρια ἦν γεγονότα κατ' ἤπειρον. εἰσὶ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ αἵδε τοῦ Ἑλλησπόντου, Χερσόνησός τε, ἐν τῇ πόλιες συχναὶ ἔνεισι, καὶ Πέρινθος, καὶ τὰ τείχεα τὰ ἐπὶ Θρηΐκης, καὶ Σηλυβρίη τε καὶ Βυζάντιον. Βυζάντιοι μέν νυν καὶ οἱ πέρηθεν Χαλκηδόνιοι, οὐδ' ὑπέμειναν ἐπιπλέοντας τοὺς

---

ginesque forma præstantissimas ad regem transportarunt: et super hæc, urbes cum ipsis templis cremaverunt. Ita tertio Iones sunt in servitutem redacti, primum a Lydis, bis deinceps a Persis.

33. Profectus ab Ionia navalis exercitus, omnia quæ ad lævam sunt Hellespontum innavigantibus subegit: nam quæ sunt ad dextram, jam subacta erant a Persis per continentem. Hellesponti autem hæc in Europa sunt, Chersonesus, in qua frequentes sunt urbes, et Perinthus, et castella per Thraciam, et Selybria, et Byzantium. Quorum Byzantii, et qui opposito in litore sunt Chalcedonii, ne exspectaverunt quidem adventum Phœniciæ

Φοίνικας, ἀλλ' οἴχοντο ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην, ἔσω ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· καὶ ἐνθαῦτα πόλιν Μεσαμβρίην οἴκησαν. οἱ δὲ Φοίνικες καταπαύσαντες ταύτας τὰς χώρας τὰς καταλεχθείσας, τράπονται ἐπί τε Προκόννησον, καὶ Ἀρτάκην· πυρὶ δὲ καὶ ταύτας νείμαντες, ἔπλωον αὖτις ἐς τὴν Χερσόνησον, ἐξαιρήσοντες τὰς ἐπιλοίπους τῶν πολίων, ὅσας πρότερον προσχόντες οὐ κατέσυραν. ἐπὶ δὲ Κύζικον οὐδὲ ἔπλωσαν ἀρχήν· αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοὶ ἔτι πρότερον τοῦ Φοινίκων ἔσπλου, ἐγεγόνεσαν ὑπὸ βασιλέϊ, Οἰβάρεϊ τῷ Μεγαβάζου ὁμολογήσαντες, τῷ ἐν Δασκυλείῳ ὑπάρχῳ. τῆς δὲ Χερσονήσου, πλὴν Καρδίης πόλιος, τὰς ἄλλας πάσας ἐχειρώσαντο οἱ Φοίνικες.

λδʹ. Ἐτυράννευε δὲ αὐτέων μέχρι τότε

---

classis: sed relicta regione sua, in interiora Euxini ponti recesserunt, ibique urbem Mesambriam condiderunt: at Phœnices his locis quæ dicta sunt, incensis, ad Proconnesum et Artacen se convertunt. Quibus et ipsis igni traditis, rursus in Chersonesum revehuntur, eversuri ceteras urbes, quas superiore accessu non everterant: nam Cyzicum omnino ne accesserunt quidem; quod ipsi Cyziceni, jam ante adventum hunc classis Phœnicum sub rege erant, quum se OEbari, qui Dascylii præses erat, filio Megabazi, dedissent. Ceteras Chersonesi urbes præter Cardiam Phœnices subegerunt.

34. Quarum usque ad id tempus tyrannus erat Miltiades, filius Cimonis, nepos Stesagoræ:

Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος τοῦ Στησαγόρεω, κτησαμένου τὴν ἀρχὴν ταύτην πρότερον Μιλτιάδεω τοῦ Κυψέλου, τρόπῳ τοιῷδε· εἶχον Δόλογκοι Θρήϊκες τὴν Χερσόνησον ταύτην. οὗτοι ὦν οἱ Δόλογκοι πιεσθέντες πολέμῳ ὑπὸ Ἀψινθίων, ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τοὺς βασιλῆας περὶ τοῦ πολέμου χρησομένους. ἡ δὲ Πυθίη σφι ἀνεῖλε οἰκιστὴν ἐπάγεσθαι ἐπὶ τὴν χώρην τοῦτον, ὅς ἄν σφεας ἀπιόντας ἐκ τοῦ ἱροῦ πρῶτος ἐπὶ ξείνια καλέσῃ. ἰόντες δὲ οἱ Δόλογκοι τὴν ἱρὴν ὁδὸν, διὰ Φωκέων τε καὶ Βοιωτῶν ἤϊσαν· καί σφεας ὡς οὐδεὶς ἐκάλεε, ἐκτράπονται ἐπ' Ἀθηνέων.

λε΄. Ἐν δὲ τῇσι Ἀθήνῃσι τηνικαῦτα εἶχε μὲν τὸ πᾶν κράτος Πεισίστρατος, ἀτὰρ ἐδυνάστευέ καὶ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου ἐὼν

---

cujus imperii auctor fuerat Miltiades Cypseli filius, ad hunc modum. Dolonci Thraces hanc Chersonesum tenebant. Hi Dolonci quum ab Absinthiis bello vexarentur, reges suos, ut de bello consulerent, Delphos miserunt: quibus Pythia respondit, ut coloniæ in suam terram deducendæ eum auctorem adsciscerent, qui primus eos templo abeuntes hospitio invitasset. Dolonci sacram viam ingressi, per Phocenses atque Bœotios iter fecerunt: a quorum nemine invitati, Athenas divertunt.

35. Ea tempestate Athenis omne quidem imperium tenebat Pisistratus, dominabatur tamen et Miltiades Cypseli filius e familia quadrigas alente ad Olympia, primam originem re-

οἰκίης τεθριπποτρόφου· τὰ μὲν ἀνέκαθεν, ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ Αἰγίνης γεγονώς, τὰ δὲ νεώτερα, Ἀθηναῖος, Φιλαίου, τοῦ Αἴαντος παιδὸς, γενομένου πρώτου τῆς οἰκίης ταύτης Ἀθηναίου. οὗτος ὁ Μιλτιάδης, κατήμενος ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσι ἑωϋτοῦ, ὁρέων τοὺς Δολόγκους παριόντας, ἐσθῆτα οὐκ ἐγχωρίην ἔχοντας, καὶ αἰχμὰς, προσεβώσατο· καί σφι προσελθοῦσι, ἐπηγγείλατο καταγωγὴν καὶ ξείνια. οἱ δὲ δεξάμενοι, καὶ ξεινισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἐξέφαινον πᾶν οἱ τὸ μαντήϊον· ἐκφήναντες δὲ, ἐδέοντο αὐτοῦ τῷ θεῷ μιν πείθεσθαι. Μιλτιάδεα δὲ ἀκούσαντα, παραυτίκα ἔπεισε ὁ λόγος, οἷα ἀχθόμενόν τε τῇ Πεισιστράτου ἀρχῇ, καὶ βουλόμενον ἐκποδὼν εἶναι. αὐτίκα δὲ ἐστάλη ἐς Δελφοὺς, ἐπειρησόμενος τὸ

---

petens ab Æaco et Ægina, sed recentiora Atheniensis ab Philæo Ajacis filio, qui primus in ea domo Atheniensis extitit. Miltiades hic, ut sedebat in suis anteforibus, cernens Doloncos prætereuntes, non illius loci vestem gerentes neque hastas, homines inclamavit: accedentibusque obtulit domicilium et hospitalia dona. Illi admissa oblatione, hospitaliter ab eo accepti, aperuerunt ei totum oraculum, precesque addiderunt ut deo obsequeretur. Miltiadi ea oratione audita, confestim persuasum est, ut qui pertæsus imperium Pisistrati, cuperet illinc emigrare: protinusque Delphos se contulit oraculum consultu-

χρηστήριον εἰ ποιοίη τά περ αὐτοῦ οἱ Δόλογκοι προσεδέοντο.

λϛʹ. Κελευούσης δὲ καὶ τῆς Πυθίης, οὕτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου Ὀλύμπια ἀνηρηκὼς πρότερον τουτέων τεθρίππῳ, τότε παραλαβὼν Ἀθηναίων πάντα τὸν βουλόμενον μετέχειν τοῦ στόλου, ἔπλεε ἅμα τοῖσι Δολόγκοισι, καὶ ἔσχε τὴν χώρην. καί μιν οἱ ἐπαγαγόμενοι τύραννον κατεστήσαντο. ὁ δὲ πρῶτον μὲν ἀπετείχισε τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερσονήσου, ἐκ Καρδίης πόλιος ἐς Πακτύην, ἵνα μὴ ἔχοιεν σφέας οἱ Ἀψίνθιοι δηλέεσθαι ἐσβάλλοντες ἐς τὴν χώρην. εἰσὶ δὲ οὗτοι στάδιοι ἕξ τε καὶ τριήκοντα τοῦ ἰσθμοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσθμοῦ τούτου ἡ Χερσόνησος εἴσω πᾶσά ἐστι σταδίων εἴκοσι καὶ τετρακοσίων τὸ μῆκος.

---

rus, nunquid faceret quæ Dolonci ab eo petiverant.

36. Jubente etiam Pythia, ita Miltiades Cypseli filius, quadrigæ curriculo jam antea in Olympiacis victor, una cum Doloncis navigavit, assumptis Atheniensium voluntariis quibusque ad expeditionem: et ubi locum illum tenuit, ab iis qui se deduxerant, tyrannus creatus est. Is ante omnia Chersonesi isthmum operibus munivit, ab urbe Cardia ad Pactyam, ne ab Absinthiis regionem incursantibus infestari posset; sunt autem isthmi ista sex ac triginta stadia: ab hoc autem isthmo introrsus, omnis Chersonesus quadringentorum viginti stadiorum est longitudinis.

λζʹ. Ἀποτειχίσας ὦν τὸν αὐχένα τῆς Χερσονήσου ὁ Μιλτιάδης, καὶ τοὺς Ἀψινθίους τρόπῳ τοιῷδε ὠσάμενος, τῶν λοιπῶν πρώτοισι ἐπολέμησε Λαμψακηνοῖσι· καί μιν οἱ Λαμψακηνοὶ λοχήσαντες αἱρέουσι ζωγρίη. ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονώς· πυθόμενος ὦν ὁ Κροῖσος ταῦτα, πέμπων προηγόρευε τοῖσι Λαμψακηνοῖσι μετιέναι Μιλτιάδεα· εἰ δὲ μὴ, σφέας πίτυος τρόπον ἀπείλεε ἐκτρίψειν. πλανωμένων δὲ τῶν Λαμψακηνῶν ἐν τοῖσι λόγοισι, τί θέλει τὸ ἔπος εἶναι τό σφι ἀπείλησεν ὁ Κροῖσος, πίτυος τρόπον ἐκτρίψειν, μόγις κοτὲ μαθὼν τῶν τις πρεσβυτέρων, εἶπε τὸ ἐὸν, ὅτι πίτυς μούνη δενδρέων πάντων ἐκκοπεῖσα, βλαστὸν οὐδένα μετίει, ἀλλὰ πανώλεθρος ἐξαπόλλυται. δείσαντες ὦν οἱ

37. Miltiades igitur, interseptis faucibus Chersonesi, atque hoc modo Absinthiis expulsis, primis ceterorum Lampsacenis intulit bellum: illi dispositis insidiis eum vivum cepere. Ea re Crœsus Lydus audita, erat autem Crœso Miltiades charus, per nuncios Lampsacenis præcepit, ut hominem missum facerent: alioqui se illos in morem pinus extriturum minatus est. Hac oratione nutantibus Lampsacenis, quid sibi vellet, quod Crœsus minabatur, se illos in morem pinus extriturum, vix tandem quidam e majoribus natu intelligens, quid illud esset, exposuit, inquiens pinum ex omnibus arboribus solam esse, quæ excisa nullam subolem remittat, sed prorsus emoriatur. Ea prop-

Λαμψακηνοὶ Κροῖσον, λύσαντες μετῆκαν Μιλτιάδεα.

λή. Οὗτος μὲν δὴ διὰ Κροῖσον ἐκφεύγει. μετὰ δὲ, τελευτᾷ ἄπαις, τὴν ἀρχήν τε καὶ τὰ χρήματα παραδοὺς Στησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεοῦ παιδὶ ὁμομητρίου. καί οἱ τελευτήσαντι Χερσονησῖται θύουσι, ὡς νόμος, οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι, ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι. πολεμου δὲ ἐόντος πρὸς Λαμψακηνοὺς, καὶ Στησαγόρεα κατέλαβε ἀποθανεῖν ἄπαιδα, πληγέντα τὴν κεφαλὴν πελέκεϊ ἐν τῷ πρυτανηΐῳ, πρὸς ἀνδρὸς αὐτομόλου μὲν τῷ λόγῳ, πολεμίου δὲ καὶ ὑποθερμοτέρου τῷ ἔργῳ.

λθ'. Τελευτήσαντος δὲ καὶ Στησαγόρεω τρόπῳ τοιῷδε, ἐνθαῦτα Μιλτιάδεα τὸν Κίμω-

---

ter veriti Crœsum Lampsaceni, solutum Miltiadem remiserunt.

38. Ita Miltiades ob Crœsum evasit: qui postea sine liberis moriens, imperium atque opes tradidit Stesagoræ, Cimonis sui fratris uterini filio. Cui defuncto Chersonesitæ, ut mos est, conditori sacrificant, certamenque equestre ac gymnicum statuto tempore celebrant, in quo nulli Lampsacenorum certare permittitur. Durante autem cum Lampsacenis bello, contigit ut Stesagoras quoque liberis orbus decederet, in prytaneo percussus securi caput a quodam, qui se transfugam verbis simulabat, sed re ipsa hostis erat et subardentior.

39. Stesagora hunc in modum defuncto, tum Pisistratidæ Mil-

maratus illinc in Asiam ad regem Darium trajecit: a quo magnifice exceptus est, terraque ac urbibus donatus. Ita in Asiam Demaratus abiit, ac tali fortuna usus vir cum aliis in multis factis dictisque apud Lacedæmonios illustris, tum quod illis Olympiacam palmam quadrijugo certamine adjecit, quod ille solus omnium Spartæ regum confecit.

71. Leutychidæ autem Menaris filio, qui in regnum amoti Demarati successerat, natus est filius Zeuxidamus, quem nonnulli Spartiatarum Cyniscon, catulum, vocabant. Is Spartæ non regnavit, ante Leutychiden defunctus, relicto filio Ar-

Εὐρυδάμην, ἐοῦσαν Μενίου μὲν ἀδελφεὴν, Διακτορίδεω δὲ θυγατέρα· ἐκ τῆς οἱ ἔρσεν μὲν γίνεται οὐδὲν, θυγάτηρ δὲ, Λαμπιτώ· τὴν Ἀρχίδημος ὁ Ζευξιδήμου γαμέει, δόντος αὐτῷ Λευτυχίδεω.

οβʹ. Οὐ μὲν οὐδὲ Λευτυχίδης κατεγήρα ἐν Σπάρτῃ, ἀλλὰ τίσιν τοιήνδέ τινα Δημαρήτῳ ἐξέτισε. ἐστρατήγησε Λακεδαιμονίοισι ἐς Θεσσαλίην· παρεὸν δέ οἱ ὑποχείρια πάντα ποιήσασθαι, ἐδωροδόκησε ἀργύριον πολύ. ἐπ' αὐτοφώρῳ δὲ ἁλοὺς αὐτοῦ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἐπικατήμενος χειρὶ διπλῇ ἀργυρίου, ἔφυγε ἐκ Σπάρτης, ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθείς· καὶ τὰ οἰκία οἱ κατεσκάφη. ἔφυγε δὲ ἐς Τεγέην, καὶ ἐτελεύτησε ἐν ταύτῃ. ταῦτα μὲν δὴ ἐγένετο χρόνῳ ὕστερον.

---

chidamo. Leutychides orbatus filio, alteram duxit uxorem Eurydamen, Menii sororem, Diactoridis filiam, ex qua nullam prolem virilem suscepit, sed filiam nomine Lampito: quam Archidamus Zeuxidami filius in matrimonium accepit, ab ipso Leutychide datam.

72. At ne Leutychides quidem ipse Spartæ consenuit, sed has quasdam pœnas Demarato rependit: In expeditione Thessalica dux Lacedæmoniorum quum omnia subjugandi potestatem haberet, multum pecuniæ per corruptelam dono accepit, ipsaque in re deprehensus ibi in castris, quum sederet utraque manu pecuniam tenens, in judicium delatus e Sparta profugit, domusque ejus excisa fuit: et Tegeæ, in quam profugerat, mortem obiit. Sed hæc insequenti tempore acta sunt.

ογ΄. Τότε δὲ ὡς τῷ Κλεομένεϊ εὐωδώθη τὸ ἐς τὸν Δημάρητον πρῆγμα, αὐτίκα παραλαβὼν Λευτυχίδεα, ἤϊε ἐπὶ τοὺς Αἰγινήτας, δεινόν τινά σφι ἔγκοτον διὰ τὸν προπηλακισμὸν ἔχων. οὕτω δὴ οὔτε οἱ Αἰγινῆται, ἀμφοτέρων τῶν βασιλήων ἡκόντων ἐπ᾽ αὐτοὺς, ἐδικαίευν ἔτι ἀντιβαίνειν, ἐκεῖνοί τε ἐπιλεξάμενοι ἄνδρας δέκα Αἰγινητέων τοὺς πλείστου ἀξίους καὶ πλούτῳ καὶ γένεϊ, ἦγον καὶ ἄλλους καὶ δὴ καὶ Κριόν τε τὸν Πολυκρίτου, καὶ Κάσαμβον τὸν Ἀριστοκράτεος, οἵπερ ἔσχον μέγιστον κράτος. ἀγαγόντες δέ σφεας ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν, παραθήκην παρατίθενται ἐς τοὺς ἐχθίστους Αἰγινήτῃσι Ἀθηναίους.

οδ΄. Μετὰ δὲ ταῦτα, Κλεομένεα ἐπάϊστον γενόμενον κακοτεχνήσαντα ἐς Δημάρητον, δεῖ-

73. Tunc autem Cleomenes, quum sibi res in Demaratum bene cessisset, assumpto protinus Leutychide, contendit adversus Æginetas, majorem in modum illis propter ignominiam infensus. Ita et Æginetæ utriusque regis contra se adventu non repugnandum jam sibi esse putaverunt, et isti quum elegissent viros decem, divitiis ac genere Æginetarum eminentissimos duxerunt, cum alios, tum Crium Polycriti, et Casambum Aristocratis filium, qui plurimum habebant potentiæ. Eos in Atticam adductos, penes inimicissimos Æginetis Athenienses deposuerunt.

74. Post hæc Cleomenes, jam manifestus maleficii in Demaratum perpetrati, quum eum sub-

μα ἔλαβε Σπαρτιητέων, καὶ ὑπεξέσχε ἐς Θεσσαλίην. ἐνθεῦτεν δὲ ἀπικόμενος ἐς τὴν Ἀρκαδίην, νεώτερα ἔπρησσε πρήγματα, συνιστὰς τοὺς Ἀρκάδας ἐπὶ τῇ Σπάρτῃ, ἄλλους τε ὅρκους προσάγων σφι, ἦ μὲν ἕψεσθαί σφεας αὐτῷ τῇ ἂν ἐξηγῆται· καὶ δὴ καὶ ἐς Νώνακριν πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστεῶτας ἀγινέων, ἐξορκῶν τὸ Στυγὸς ὕδωρ. ἐν δὲ ταύτῃ τῇ πόλι λέγεται εἶναι ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων τὸ Στυγὸς ὕδωρ· καὶ δὴ καὶ ἔστι τοιόνδε τι· ὕδωρ ὀλίγον φαινόμενον, ἐκ πέτρης στάζει ἐς ἄγκος· τὸ δὲ ἄγκος αἱμασιῆς τις περιθέει κύκλος. ἡ δὲ Νώνακρις, ἐν τῇ ἡ πηγὴ αὕτη τυγχάνει ἐοῦσα, πόλις ἐστὶ τῆς Ἀρκαδίης πρὸς Φενεῷ.

οε΄. Μαθόντες δὲ Λακεδαιμόνιοι Κλεομέ-

---

lisset metus Spartiatarum, in Thessaliam subterfugit: atque illinc in Arcadiam profectus, res novas moliebatur, solicitans Arcadas adversus Spartam, adigensque eos, tum alio jurisjurandi genere ad se sequendum quocunque ipsos educeret; tum etiam in animo habebat primores illorum ad urbem Nonacrin ductos adigere ad jusjurandum per aquam Stygis. In hac ipsa autem urbe ab Arcadibus fertur esse Stygis aqua: et est videlicet talis aliqua. E petra aqua exigua quæ apparet, stillat in vallem, in gyrum maceria præseptam. Nonacris autem ubi fons hic visitur, urbs Arcadiæ est ad Pheneon.

75. Talia molientem Cleomenem Lacedæmonii quum di-

νεα ταῦτα πρήσσοντα, κατῆγον αὐτὸν δείσαντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι ἐς Σπάρτην, τοῖσι καὶ πρότερον ἦρχε. κατελθόντα δὲ αὐτὸν, αὐτίκα ὑπέλαβε μανίη νοῦσος, ἐόντα καὶ πρότερον ὑπομαργότερον· ὅκως γάρ τεῳ ἐντύχοι Σπαρτιητέων, ἐνέχραυε ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον. ποιεῦντα δὲ αὐτὸν ταῦτα, καὶ παραφρονήσαντα, ἔδησαν οἱ προσήκοντες ἐν ξύλῳ· ὁ δὲ, δεθεὶς, τὸν φύλακον μουνωθέντα ἰδὼν τῶν ἄλλων, αἴτεε μάχαιραν. οὐ βουλομένου δὲ τατρῶτα τοῦ φυλάκου διδόναι, ἀπείλεε τά μιν αὖτις ποιήσειε· ἐς ὃ δείσας τὰς ἀπειλὰς ὁ φύλακος, ἦν γὰρ τῶν τις εἱλωτέων, διδοῖ οἱ μάχαιραν. Κλεομένης δὲ παραλαβὼν τὸν σίδηρον, ἄρχετο ἐκ τῶν κνημέων ἑωϋτὸν λωβώμενος· ἐπιτάμνων γὰρ κατὰ μῆκος τὰς σάρκας, προὔβαινε ἐκ τῶν κνημέων ἐς τοὺς μη-

---

dicissent, timentes sibi ipsis, Spartam revocarunt eadem conditione, qua et ante regnabat. Sed eum reversum statim morbus insania excepit, jam etiam ante subinsanum: nam ut cuique Spartiatarum obvius erat, in ejus faciem infligebat sceptrum. Hæc illum facientem ac desipientem propinqui cippo illigaverunt. Qui custodem digressis aliis solum remansisse cernens, petiit ab eo gladium: custode abnuente dare ab initio, comminabatur quæ mox ei faceret, donec minis conterritus custos, erat enim hilotarum quidam, gladium illi tradidit. Eo accepto, Cleomenes a tibiis incipiens sese truncabat. In lon-

ρούς· ἐκ δὲ τῶν μηρῶν ἐς τὰ ἰσχία, καὶ τὰς λαπάρας· ἐς ὃ ἐς τὴν γαστέρα ἀπίκετο, καὶ ταύτην καταχορδεύων, ἀπέθανε τρόπῳ τοιούτῳ· ὡς μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι Ἑλλήνων, ὅτι τὴν Πυθίην ἀνέγνωσε τὰ περὶ Δημάρητον γενόμενα λέγειν· ὡς δὲ Ἀθηναῖοι μοῦνοι λέγουσι, διότι ἐς Ἐλευσῖνα ἐσβαλὼν, ἔκειρε τὸ τέμενος τῶν θεῶν· ὡς δὲ Ἀργεῖοι, ὅτι ἐξ ἱροῦ αὐτέων τοῦ Ἄργου, Ἀργείων τοὺς καταφυγόντας ἐκ τῆς μάχης καταγινέων, κατέκοπτε, καὶ αὐτὸ τὸ ἄλσος ἐν ἀλογίῃ ἔχων, ἐνέπρησε.

ος΄. Κλεομένεϊ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι, ἐχρήσθη Ἄργος αἱρήσειν. ἐπεί τε δὲ Σπαρτιήτας ἄγων ἀπίκετο ἐπὶ ποταμὸν Ἐρασῖνον, ὃς λέγεται ῥέειν ἐκ τῆς Στυμφηλίης λίμνης· τὴν γὰρ δὴ λίμνην ταύτην ἐς χάσμα

---

gum namque discindens carnes, e tibiis ad femora processit, e femoribus ad coxarum vertebras atque ilia, quousque pervenit ad ventrem, in quo rescindendo sic exspiravit, ut quidem plerique Græcorum memorant, quia Pythiam corruperat ad ea dicenda, quæ circa Demaratum acta sunt: ut autem soli Athenienses, quod adortus Eleusinem, fanum dearum fuerat depopulatus: ut Argivi, quia eos qui e pugna fugerant, Argivos ex Argi templo ipsorum abductos obtruncarat; et ipsum lucum irreverenter incenderat.

76. Cleomeni enim Delphis oraculum poscenti responsum fuerat eum Argos esse capturum: qui postea quam ad flumen Erasinum copias Spartiatarum duxit, quod flumen e lacu Stymphalio manare fertur: hunc

ἀφανὲς ἐκδιδοῦσαν, ἀναφαίνεσθαι ἐν Ἄργεϊ, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ τὸ ὕδωρ ἤδη τοῦτο ὑπ᾽ Ἀργείων Ἐρασῖνον καλέεσθαι· ἀπικόμενος δ᾽ ὦν ὁ Κλεομένης ἐπὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον, ἐσφαγιάζετο αὐτῷ· καὶ, οὐ γὰρ οὐδαμῶς ἐκαλλιέρεε διαβαίνειν μιν, ἄγασθαι μὲν ἔφη τοῦ Ἐρασίνου οὐ προδιδόντος τοὺς πολιήτας, Ἀργείους μέντοι οὐδ᾽ ὣς χαιρήσειν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξαναχωρήσας τὴν στρατιὴν κατήγαγε ἐς Θυρέην· σφαγιασάμενος δὲ τῇ θαλάσσῃ ταῦρον, πλοίοισί σφεας ἤγαγε ἔς τε τὴν Τιρυνθίην χώρην καὶ Ναυπλίην.

οζ΄. Ἀργεῖοι δ᾽ ἐβοήθεον, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἐπὶ θάλασσαν. ὡς δὲ ἀγχοῦ μὲν ἐγίνοντο τῆς Τίρυνθος, χώρῳ δὲ ἐν τούτῳ τῷ κέεται ἡ Σίπεια τοὔνομα, μεταίχμιον οὐ μέγα ἀπολι-

---

enim lacum in voraginem obscuram condi, et Argis rursus exorientem apparere, illincque jam eam aquam ab Argivis vocari Erasinum: ad hoc igitur flumen posteaquam pervenit, ei hostias immolavit; et quum læta non essent exta de flumine transmittendo, dixit delectari se quidem Erasino, qui nollet prodere cives suos, non tamen vel sic Argivos gavisuros. Moxque illinc motis castris ad Thyream venit, et mari taurum quum mactasset, navibus copias ad regionem Tirynthiam ac Naupliam duxit.

77. Id audientes Argivi ad eos arcendos obviam tendunt ad mare. Et quum adventarent Tirynthem, in loco cui nomen inditum est Sipia, relicta non magna inter duas acies intercapedine, consederunt e regione

πόντες, ἵζοντο ἀντίοι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι. ἐνθαῦτα δὴ οἱ Ἀργεῖοι τὴν μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ μάχην οὐκ ἐφοβέοντο, ἀλλὰ μὴ δόλῳ αἱρεθέωσι· καὶ γὰρ δή σφι ἐς τοῦτο τὸ πρῆγμα εἶχε τὸ χρηστήριον, τὸ ἐπίκοινα ἔχρησε ἡ Πυθίη τούτοισί τε καὶ Μιλησίοισι, λέγον ὧδε,

Ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα
Ἐξελάσῃ, καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται,
Πολλὰς Ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει·
Ὡς ποτέ τις ἐρέει καὶ ἐπ' ἐσσομένων ἀνθρώπων,
Δεινὸς ὄφις τριέλικτος ἀπώλετο δουρὶ δαμασθείς.

ταῦτα δὴ πάντα συνελθόντα, τοῖσι Ἀργείοισι φόβον παρεῖχε. καὶ δή σφι πρὸς ταῦτα ἔδοξε τῷ κήρυκι τῶν πολεμίων χρέεσθαι· δόξαν δέ σφι, ἐποίευν τοιόνδε· ὅκως ὁ Σπαρτιήτης κῆρυξ

Lacedæmoniorum. Neque vero illic pugnam ex aperto reformidabant, sed ne dolo caperentur: nam ad hanc rem attinebat oraculum, quod Pythia ediderat communiter eis atque Milesiis in hæc verba;

Verum quando marem prævertet fœmina victrix
Inter et Argivos referet præclustris honorem:
Tunc Argivarum reddet pleras que gementes,
Ut venturorum aiat quis quandoque virorum,
Telo sævus obit sinuoso corpore serpens.

Hæc omnia Argivis quum contigissent, metum incutiebant; ideoque eis visum est præcone hostium esse utendum. Quod quum decrevissent, sic egerunt,

προσημαίνοι τι Λακεδαιμονίοισι, ἐποίευν καὶ οἱ Ἀργεῖοι τὠϋτὸ τοῦτο.

οη'. Μαθὼν δὲ ὁ Κλεομένης ποιεῦντας τοὺς Ἀργείους ὁκοῖόν τι ὁ σφέτερος κῆρυξ σημήνειε, παραγγέλλει σφι ὅταν σημήνῃ ὁ κῆρυξ ποιέεσθαι ἄριστον, τότε ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα, χωρέειν ἐς τοὺς Ἀργείους. ταῦτα καὶ ἐγένετο ἐπιτελέα ἐκ τῶν Λακεδαιμονίων· ἄριστον γὰρ ποιευμένοισι τοῖσι Ἀργείοισι ἐκ τοῦ κηρύγματος ἐπεκέατο· καὶ πολλοὺς μὲν ἐφόνευσαν αὐτέων, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας ἐς τὸ ἄλσος τοῦ Ἄργου καταφυγόντας περιϊζόμενοι ἐφύλασσον.

οθ'. Ἐνθεῦτεν δὲ ὁ Κλεομένης ἐποίεε τοιόνδε. ἔχων αὐτομόλους ἄνδρας, καὶ πυνθανόμενος τουτέων, ἐξεκάλεε πέμπων κήρυκα,

---

ut quoties præco Spartiata quippiam Lacedæmoniis denunciaret, idem facerent ipsi.

78. Cleomenes autem animadvertens Argivos facientes quicquid suus præco denunciasset, præcepit suis, ut quum præco denunciaret prandendum, tunc raptis armis tenderent in Argivos. Hoc exequentes etiam Lacedæmonii, in Argivos e voce præconis prandentes impetum faciunt, eorumque cum multos occiderunt, tum plures in lucum Argi fuga elapsos circumsederunt.

79. Qui dum asservantur, Cleomenes hoc sibi faciendum putavit: Sciscitatus quosdam quos secum habebat perfugas, misit præconem ad evocandum nominatim eos Argivos, qui in

ὀνομαστὶ λέγων τοὺς ἐν τῷ ἱρῷ ἀπεργμένους τῶν Ἀργείων· ἐξεκάλεε δὲ, φὰς αὐτέων ἔχειν τὰ ἄποινα· ἄποινα δέ ἐστι Πελοποννησίοισι, δύο μνέαι τεταγμέναι κατ᾽ ἄνδρα αἰχμάλωτον ἐκτίνειν. κατὰ πεντήκοντα δὴ ὦν τῶν Ἀργείων ὡς ἑκάστους ἐκκαλεύμενος ὁ Κλεομένης ἔκτεινε. ταῦτα δέ κως γινόμενα ἐλελήθεε τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐν τῷ τεμένεϊ· ἅτε γὰρ πυκνοῦ ἐόντος τοῦ ἄλσεος, οὐκ ὥρων οἱ ἐντὸς τοὺς ἐκτὸς, ὅ, τι ἔπρησσον· πρίν γε αὐτέων τὶς ἀναβὰς ἐπὶ δένδρος κατεῖδε τὸ δὴ ποιεύμενον. οὔκων δὴ ἔτι καλεόμενοι ἐξήεσαν.

π΄. Ἐνθαῦτα δὴ ὁ Κλεομένης ἐκέλευε πάντα τινα τῶν εἱλωτέων περινέειν ὕλῃ τὸ ἄλσος· τῶν δὲ πειθομένων, ἐνέπρησε τὸ ἄλσος. καιο-

luco præclusi erant. Evocavit autem dicens se pro illis accepisse redemptionis pretia. est autem apud Peloponnenses redemptio in singulos captos viros, binæ minæ. Ita Argivorum quinquaginta, ut quisque evocatus fuerat, Cleomenes interimebat: quod faciens, latebat ceteros qui in fano erant, utpote denso luco interjecto, qui vetabat interiores cernere, quid illis foras eductis accideret: nisi postquam quidam conscensa arbore, quod fiebat inspexit: unde non amplius qui vocabantur prodiere.

80. Ibi Cleomenes jussit unumquemque hilotarum lucum materia circumdare, atque illis obtemperantibus, lucum incendit. Eoque jam ardente, per-

μένου δὲ ἤδη, ἐπείρετο τῶν τινὰ αὐτομόλων, τίνος εἴη θεῶν τὸ ἄλσος· ὁ δὲ ἔφη Ἄργου εἶναι· ὁ δὲ, ὡς ἤκουσε, ἀναστενάξας μέγα, εἶπε, « Ὦ Ἄπολλον χρηστήριε, ἦ μεγά-« λως με ἠπάτηκας, φάμενος Ἄργος αἱρή-« σειν· συμβάλλομαι δ' ἐξήκειν μοι τὸ « χρηστήριον. »

πά. Μετὰ δὲ ταῦτα, ὁ Κλεομένης τὴν μὲν πλέω στρατιὴν ἀπῆκε ἀπιέναι ἐς Σπάρτην· χιλίους δὲ αὐτέων λαβὼν τοὺς ἀριστέας, ἤϊε ἐς τὸ Ἡραῖον θύσων. βουλόμενον δὲ αὐτὸν θύειν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, ὁ ἱρεὺς ἀπηγόρευε, φὰς οὐκ ὅσιον εἶναι ξείνῳ αὐτόθι θύειν. ὁ δὲ Κλεομένης τὸν ἱρέα ἐκέλευε τοὺς εἵλωτας ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἀπάγοντας μαστιγῶσαι, καὶ αὐτὸς ἔθυσε· ποιήσας δὲ ταῦτα, ἀπήϊε ἐς τὴν Σπάρτην.

---

contatus est quendam perfugarum cujus deorum esset ille lucus: perfuga, Argi esse respondit. Quo audito Cleomenes vehementer ingemiscens, O Apollo, inquit, vaticine, sane magnopere me frustratus es, dicens Argos esse capturum: conjicio jam exitum habuisse oraculum.

81. Post hæc majore copiarum parte Spartam redire permissa, ipse cum mille eorum delectis perrexit ad templum Junonis sacrificaturus. Sed sacrificare super aram volens, quum a sacerdote vetaretur, negante fas esse externo illic facra facere, jussit hilotas abductum ab ara sacerdotem verberare et ipse immolavit: quo facto, Spartam abiit.

πβ΄. Νοστήσαντα δέ μιν ὑπῆγον οἱ ἐχθροὶ ὑπὸ τοὺς ἐφόρους, φάμενοί μιν δωροδοκήσαντα, οὐκ ἑλέειν τὸ Ἄργος, παρεὸν εὐπετέως μιν ἑλεῖν· ὁ δέ σφι ἔλεξε, οὔτε εἰ ψευδόμενος, οὔτε εἰ ἀληθέα λέγων, ἔχω σαφηνέως εἶπαι· ἔλεξε δ' ὦν φάμενος ἐπεί τε δὴ τὸ τοῦ Ἄργου ἱρὸν εἷλε, δοκέειν οἱ ἐξεληλυθέναι τὸν χρησμὸν τοῦ θεοῦ· πρὸς ὦν ταῦτα οὐ δικαιεῦν πειρᾶν τῆς πόλιος, πρίν γε δὴ ἱροῖσι χρήσηται, καὶ μάθῃ εἴτε οἱ ὁ θεὸς παραδιδοῖ, εἴτε οἱ ἐμποδὼν ἕστηκε. καλλιερευμένῳ δὲ ἐν τῷ Ἡραίῳ, ἐκ τοῦ ἀγάλματος τῶν στηθέων φλόγα πυρὸς ἐκλάμψαι· μαθεῖν δὲ αὐτὸς οὕτω τὴν ἀτρεκηΐην, ὅτι οὐκ αἱρέει τὸ Ἄργος· εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀγάλματος ἐξέλαμψε, αἱρέειν ἂν κατ' ἄ-

---

82. Reversum inimici ad ephoros citaverunt, crimini dantes quod pecunia corruptus, Argos, quum facile posset, non cepisset. Quibus respondit Cleomenes, incertum mihi vere an falso. Respondit igitur, posteaquam templum Argi cepisset, visum sibi esse dei evenisse oraculum, et proinde non prius tentandam urbem quam sacris operatus sciret, utrum sibi deus illam traderet, an impedimento esset. Sibi autem apud Junonis templum litanti effulsisse flammam ignis e Pectore simulacri: atque ita se intellexisse clare non expugnare Argos. Si enim e capite simulacri effulsisset, urbem vi caperet: quum

κρης τὴν πόλιν· ἐκ τῶν στηθέων δὲ λάμψαντος, πᾶν οἱ πεποιῆσθαι ὅσον ὁ θεὸς ἐβούλετο γενέσθαι. ταῦτα δὲ λέγων, πιστά τε καὶ οἰκότα ἐδόκεε Σπαρτιήτῃσι λέγειν, καὶ ἀπέφυγε πολλὸν τοὺς διώκοντας.

πγ´. Ἄργος δὲ ἀνδρῶν ἐχηρώθη οὕτω, ὥστε οἱ δοῦλοι αὐτέων ἔσχον πάντα τὰ πρήγματα, ἄρχοντές τε καὶ διέποντες, ἐς ὃ ἐπήβησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες. ἔπειτά σφεας, οὗτοι ἀνακτώμενοι ὀπίσω ἐς ἑωϋτοὺς τὸ Ἄργος, ἐξέβαλον· ἐξωθεύμενοι δὲ οἱ δοῦλοι μάχῃ ἔσχον Τίρυνθα. τέως μὲν δή σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους· ἔπειτα δὲ ἐς τοὺς δούλους ἦλθε ἀνὴρ μάντις Κλέανδρος, γένος ἐὼν Φιγαλεὺς ἀπ' Ἀρκαδίης· οὗτος τοὺς δούλους ἀνέγνωσε ἐπιθέσθαι τοῖσι δεσπότῃσι· ἐκ τού-

---

vero e pectore illa extitisset, id omne fuisse confectum quod deus confici voluisset. Hæc dicens, credenda ac probabilia Spartiatis dicere visus est, multoque majore parte sententiarum absolutus.

83. Ceterum Argos ita viris desolatum est, ut servi eorum res omnes susceperint, atque magistratus administrarint, dum filii cæsorum ad puberem adolevere ætatem qui urbem in suum jus rursus redigentes, mancipia ejecerunt. Servi autem ejecti prœlio Tirynthem obtinuere. Aliquamdiu quidem igitur fuit in eis mutua benevolentia; sed postea ad eos venit vates quidam Cleander, genere Phigalensis ab Arcadia: is persuasit servis ut

του δὲ πόλεμός σφι ἦν ἐπὶ χρόνον συχνὸν, ἐς ὃ δὴ μόγις οἱ Ἀργεῖοι ἐπεκράτησαν.

πδ΄. Ἀργεῖοι μέν νυν διὰ ταῦτα Κλεομένεα φασὶ μανέντα ἀπολέσθαι κακῶς. αὐτοὶ δὲ Σπαρτιῆται φασὶ ἐκ δαιμονίου μὲν οὐδενὸς μανῆναι Κλεομένεα, Σκύθῃσι δὲ ὁμιλήσαντά μιν, ἀκρητοπότην γενέσθαι, καὶ ἐκ τούτου μανῆναι. Σκύθας γὰρ τοὺς νομάδας, ἐπεί τέ σφι Δαρεῖον ἐσβαλεῖν ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι· πέμψαντας δὲ ἐς Σπάρτην, συμμαχίην τε ποιέεσθαι, καὶ συντίθεσθαι, ὡς χρεὼν εἴη αὐτοὺς μὲν τοὺς Σκύθας παρὰ Φᾶσιν ποταμὸν πειρᾶν ἐς τὴν Μηδικὴν ἐσβαλεῖν, σφέας δὲ τοὺς Σπαρτιήτας κελεύειν ἐξ Ἐφέσου ὁρμεομένους ἀναβαίνειν, καὶ ἔπειτα ἐς τὠϋτὸ ἀπαντᾶν. Κλεομένεα

---

dominos adorirentur: unde bellum inter eos diuturnum extitit, donec Argivi ægre evasere victores.

84. Ob hæc aiunt Argivi Cleomenem ad insaniam redactum, male perisse. Ipsi autem Spartiatæ negant ab ullo dæmonio Cleomenem ad insaniam redactum, sed conversatione Scytharum, meribibam esse factum, et inde furiosum. Scythas enim Nomades, post illatum sibi a Dario bellum, ad illum ulciscendum perstitisse, missisque Spartam nunciis ad societatem faciendam, ita pepigisse, ut oporteret ipsos quidem Scythas juxta flumen Phasin conari Medicam regionem invadere, Spartiatas vero jussisse ab Epheso exortos ascendere, et deinde in

δὲ λέγουσι, ἡκόντων τῶν Σκυθέων ἐπὶ ταῦτα ὁμιλέειν σφι μεζόνως· ὁμιλέοντα δὲ μᾶλλον τοῦ ἱκνευμένου, μαθεῖν τὴν ἀκρητοποσίην παρ' αὐτέων· ἐκ τούτου δὲ μανῆναί μιν νομίζουσι Σπαρτιῆται. ἔκ τε τοῦ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπεὰν ζωρότερον βούλωνται πιέειν, Ἐπισκύθισον λέγουσι. οὕτω δὴ Σπαρτιῆται τὰ περὶ Κλεομένεα λέγουσι· ἐμοὶ δὲ δοκέει τίσιν ταύτην ὁ Κλεομένης Δημαρήτῳ ἐκτίσαι.

πέ. Τελευτήσαντος δὲ Κλεομένεος, ὡς ἐπυθοντο Αἰγινῆται, ἔπεμπον ἐς Σπάρτην ἀγγέλους καταβωσομένους Λευτυχίδεω περὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι ὁμήρων ἐχομένων. Λακεδαιμόνιοι δὲ δικαστήριον συναγαγόντες, ἔγνωσαν περιϋβρίσθαι Αἰγινήτας ὑπὸ Λευτυχίδεω· καί μιν κατέκριναν, ἔκδοτον ἄγεσθαι ἐς Αἴγιναν ἀντὶ

---

idem occurrere. Cum iis Scythis qui ad hoc missi sunt, consuetudinem habuisse Cleomenem aiunt, atque plus nimio familiarem didicisse potationem meri; seque ob id eum insanisse arbitrari. Unde etiam, quoties intemperantius bibere volunt, aiunt, Episcythison, *adde Scythicum*. Ita de Cleomene referunt Spartiatæ. Mihi vero videtur ille has pœnas Demarato pependisse.

85. Eum vero esse defunctum ubi audivere Æginetæ, Spartam nuncios misere, exprobraturos Leutychidæ de obsidibus, qui Athenis tenerentur. His Lacedæmonii, judicio habito, multum injuriæ a Leutychide illatum esse censuerunt, hominemque dedendum, quem illi

τῶν ἐν Ἀθήνῃσι ἐχομένων ἀνδρῶν. μελλόντων δὲ ἄγειν τῶν Αἰγινητέων τὸν Λευτυχίδεα, εἶπέ σφι Θεασίδης ὁ Λεωπρέπεος, ἐὼν ἐν τῇ Σπάρτῃ δόκιμος ἀνὴρ, " Τί βούλεσθε ποιέειν, " ἄνδρες Αἰγινῆται, τὸν βασιλῆα τῶν Σπαρ-" τιητέων ἔκδοτον γενόμενον ὑπὸ τῶν πολιη-" τέων ἄγειν; εἰ νῦν ὀργῇ χρεόμενοι ἔγνωσαν " οὕτω Σπαρτιῆται, ὅκως ἐξ ὑστέρης μή τι " ὑμῖν, ἢν ταῦτα πρήσσητε, πανώλεθρον κα-" κὸν ἐς τὴν χώρην ἐσβάλωσι." ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Αἰγινῆται, ἔσχοντο τῆς ἀγωγῆς· ὁμολογίῃ δὲ ἐχρήσαντο τοιῇδε, ἐπισπώμενον Λευτυχίδεα ἐς Ἀθήνας, ἀποδοῦναι Αἰγινήτῃσι τοὺς ἄνδρας.

πϛʹ. Ὡς δὲ ἀπικόμενος Λευτυχίδης ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπαίτεε τὴν παρακαταθήκην, οἱ

Æginam deportarent pro iis qui Athenis tenerentur. Hunc quum essent ducturi Æginetæ, tunc ad eos Theasides Leoprepis filius, vir Spartæ probatus, Quid, inquit, viri Æginetæ, facere vultis? regemne Spartiatarum deditum a suis civibus ducere? Si nunc præ iracundia Spartiatæ ita decreverunt, ut nequod exitiale malum posthac in vestram regionem, si hoc feceritis, inferant. His auditis Æginetæ ab illo ducendo supersederunt, hac tamen conditione ut secum profectus Athenas Leutychides redderet sibi viros qui illic depositi essent.

86. Ubi Athenas venit Leutychides, ac depositum repoposcit, Athenienses, ut qui reddere nollent, tergiversari, quod di-

Ἀθηναῖοι προφάσιας εἷλκον, οὐ βουλόμενοι
ἀποδοῦναι, φάντες δύο σφέας ἐόντας βασι-
σιλῆας παραθέσθαι, καὶ οὐ δικαιοῦν τῷ ἑτέρῳ
ἄνευ τοῦ ἑτέρου ἀποδιδόναι· οὐ φαμένων δὲ
ἀποδώσειν τῶν Ἀθηναίων ἔλεξέ σφι Λευτυχί-
δης τάδε, " Ὦ Ἀθηναῖοι, ποιέετε μὲν ὁκό-
" τερα βούλεσθε αὐτοί· καὶ γὰρ ἀποδιδόν-
" τες, ποιέετε ὅσια· καὶ μὴ ἀποδιδόντες,
" τὰ ἐναντία τουτέων. ὁκοῖον μέντοι τι ἐν
" τῇ Σπάρτῃ συνηνείχθη γενέσθαι περὶ
" παρακαταθήκης, βούλομαι ὑμῖν εἶπαι.
" λέγομεν ἡμεῖς οἱ Σπαρτιῆται γενέσθαι
" ἐν τῇ Λακεδαίμονι κατὰ τρίτην γενεὴν
" τὴν ἀπ' ἐμέο, Γλαῦκον Ἐπικύδεος παῖ-
" δα· τοῦτον τὸν ἄνδρα φαμὲν τά τε ἄλ-
" λα πάντα περιήκειν τὰ πρῶτα, καὶ δὴ καὶ
" ἀκούειν ἄριστα δικαιοσύνης πέρι, πάντων

---

cerent duos in deponendo reges fuisse, ideoque iniquum esse id alteri sine altero reddi. Quibus negantibus se reddituros, Leutychides, Facite, inquit, Athenienses utrum ipsi vultis: si reddetis, sancte facturi; e contrario, si non redditis. Qualis autem res circa depositum contigerit Spartæ, volo referre. Dicimus nos Spartiatæ, fuisse in urbe Lacedæmone tertia abhinc ætate Glaucum Epicydis filium, qui cum aliis summis laudibus excellebat, tum justitia audiebat optime super omnes, qui per id tempus Lacedæmonem incolebant. Et huic procedente tempore contigisse, ut vir Milesius Spartam venerit

" ὅσοι τὴν Λακεδαίμονα τοῦτον τὸν χρόνον
" οἴκεον. συνενειχθῆναι δέ οἱ ἐν χρόνῳ ἱκνευ-
" μένῳ τάδε λέγομεν. ἄνδρα Μιλήσιον, ἀπι-
" κόμενον ἐς Σπάρτην βούλεσθαί οἱ ἐλθεῖν ἐς
" λόγους, προϊσχόμενον τοιάδε· Εἰμὶ μὲν
" Μιλήσιος, ἥκω δὲ τῆς σῆς, Γλαῦκε, δικαι-
" οσύνης βουλόμενος ἀπολαῦσαι. ὡς γὰρ δὴ
" ἀνὰ πασαν μὲν τὴν ἄλλην Ἑλλάδα, ἐν δὲ
" καὶ περὶ Ἰωνίην τῆς σῆς δικαιοσύνης ἦν λό-
" γος πολλὸς, ἐμεωϋτῷ λόγους ἐδίδουν καὶ
" ὅτι ἐπικίνδυνός ἐστι αἰεί κοτε ἡ Ἰωνίη, ἡ
" δὲ Πελοπόννησος ἀσφαλέως ἱδρυμένη· καὶ
" διότι χρήματα οὐδαμᾶ τοὺς αὐτούς ἐστι
" ὁρᾷν ἔχοντας. ταῦτά τε ὦν ἐπιλεγομένῳ,
" καὶ βουλευομένῳ, ἔδοξέ μοι, τὰ ἡμίσεα
" πάσης τῆς οὐσίης ἐξαργυρώσαντα, θέσθαι
" παρά σε, εὖ ἐξεπισταμένῳ ὥς μοι κείμενα

hominis conveniendi gratia, atque hæc præ se tulerit; Milesius sum, qui ad tuam, Glauce, fruendam justitiam venio. Nam quum esset tuæ justitiæ fama celebris cum per omnem aliam Græciam, tum vero per Ioniam, apud memetipsum ratiocinatus sum, Ionia quidem semper obnoxia periculis est, Peloponnesus autem tnto fundata, et quod nuspiam videre licet eosdem habere pecunias. Hæc reputanti mihi atque consultanti visum est dimidium mei census in pecuniam redactum deponere penes te, quod probe intelligo hæc penes te deposita mihi salva fore: tu vero has mihi pecunias accipe, et has notas, quas una

" ἔσται παρά σοι σόα. σὺ δή μοι καὶ τὰ
" χρήματα δέξαι, καὶ τάδε τὰ σύμβολα
" σῶζε λαβών· ὃς δ' ἂν ἔχων ταῦτα ἀπαι-
" τέῃ, τούτῳ ἀποδοῦναι· ὁ μὲν δὴ ἀπὸ Μιλή-
" του ἥκων ξεῖνος τοσαῦτα ἔλεξε. Γλαῦκος
" δὲ ἐδέξατο τὴν παρακαταθήκην ἐπὶ τῷ εἰ-
" ρημένῳ λόγῳ. χρόνου δὲ πολλοῦ διελθόντος,
" ἦλθον ἐς τὴν Σπάρτην τούτου τοῦ παραθε-
" μένου τὰ χρήματα οἱ παῖδες· ἐλθόντες δὲ
" ἐς λόγους τῷ Γλαύκῳ, καὶ ἀποδεικνύντες
" τὰ σύμβολα, ἀπαίτεον τὰ χρήματα. ὁ δὲ
" διωθέετο, ἀντυποκρινόμενος τοιάδε· Οὔτε
" μέμνημαι τὸ πρῆγμα, οὔτε με περιφέρει
" οὐδὲν εἰδέναι τουτέων τῶν ὑμεῖς λέγετε. βού-
" λομαί τε, ἀναμνησθεὶς, ποιέειν πᾶν τὸ
" δίκαιον. καὶ γὰρ εἰ ἔλαβον, ὀρθῶς ἀποδοῦ-
" ναι· καὶ εἴγε ἀρχὴν μὴ ἔλαβον, νόμοισι

---

custodi; quas notas, quisquis habens reposcet pecuniam, ei reddito. Hæc hospes qui Mileto venerat dixit; atque ea conditione depositum Glaucus accepit. Multo deinde tempore interjecto, filii ejus, qui pecuniam deposuerat, Spartam veniunt, Glaucum conveniunt: exhibitisque notis pecuniam reposcunt. Ille enimvero repellere, atque his verbis e contrario respondere, Neque istius rei quicquam reminiscor, neque ad me pertinet de illis scire quæ dicitis. Volo tamen reminicens, quicquid justum fuerit facere, et, si accepi jure optimo reddere: sin omnino non accepi, Græcorum legibus in vos utar.

" τοῖσι Ἑλλήνων χρήσομαι ἐς ὑμέας. ταῦτα
" ὦν ὑμῖν ἀναβάλλομαι κυρώσειν ἐς τέταρτον
" μῆνα ἀπὸ τοῦδε. οἱ μὲν δὴ Μιλήσιοι συμ-
" φορὴν ποιεύμενοι, ἀπαλλάσσοντο, ὡς ἀπε-
" στερημένοι τῶν χρημάτων. Γλαῦκος δὲ
" ἐπορεύετο ἐς Δελφοὺς χρησόμενος τῷ χρη-
" στηρίῳ· ἐπειρωτῶντα δὲ αὐτὸν τὸ χρηστήριον
" εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα ληΐσεται, ἡ Πυθίη
" μετέρχεται τοῖσδε τοῖσι ἔπεσι,

" Γλαῦκ' Ἐπικυδείδη, τὸ μὲν αὐτίκα κέρδιον οὕτω,
" Ὅρκῳ νικῆσαι, καὶ χρήματα ληΐσασθαι.
" Ὄμνυ· ἐπεὶ θάνατός γε καὶ εὔορκον μένει ἄνδρα.
" Ἀλλ' ὅρκου πάϊς ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες,
" Οὐδὲ πόδες· κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰσόκε πᾶσαν
" Συμμάρψας ὀλέσει γενεὴν, καὶ οἶκον ἅπαντα·
" Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Ad quod confirmandum præstituo vobis tempus hinc ad quatuor menses. Ita Milesii deplorantes casum suum, discessere tanquam fraudati pecunia: et Glaucus Delphos se contulit ad oraculum consultandum. Cui consultanti, an jurejurando pecuniam prædaretur, Pythia respondit his versibus,

Glauce Epicydide, sane expedit ad breve tempus
Jurando vicisse, intervertisseque nummos;
Iura: jurandi memorem quia mors quoque tollit.
Jurandi tamen est natus sine nomine, nullis
Et manibus pedibusque, citusque supervenit, omnem
Corripiens, donec tulerit subolemque domumque:
Postera jurandi memorem sed laudat origo.

" ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος συγγνώμην τὸν
" θεὸν παραιτέετο αὐτῷ ἴσχειν τῶν ῥηθέντων.
" ἡ δὲ Πυθίη ἔφη, τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ,
" καὶ τὸ ποιῆσαι, ἶσον δύνασθαι. Γλαῦκος
" μὲν δὴ, μεταπεμψάμενος τοὺς Μιλησίους
" ξείνους, ἀποδιδοῖ σφι τὰ χρήματα. τοῦ δὲ
" εἵνεκα ὁ λόγος ὅδε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὡρμήθη
" λέγεσθαι ἐς ὑμέας, εἰρήσεται. Γλαύκου
" νῦν οὔτε τι ἀπόγονόν ἐστι οὐδὲν, οὔτ' ἱστίη
" οὐδεμίη νομιζομένη εἶναι Γλαύκου· ἐκτέ-
" τριπταί τε πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης. οὕτω
" ἀγαθὸν μηδὲ διανοέεσθαι περὶ παρακατα-
" θήκης ἄλλό γε, ἢ ἀπαιτεόντων ἀποδιδόναι."
Λευτυχίδης μὲν εἴπας ταῦτα, ὥς οἱ οὐδὲ οὕ-
τω ἐσήκουον οἱ Ἀθηναῖοι, ἀπαλλάσσετο.

πζ'. Οἱ δὲ Αἰγινῆται, πρὶν τῶν πρότερον

His auditis Glaucus veniam sibi eorum, quæ dixisset, ut daret, deum obsecrabat. Cui Pythia inquit, idem pollere, tentare deum et facere. Tunc Glaucus accitis Milesiis hospitibus pecuniam reddidit. Cur autem, O Athenienses, hæc oratio apud vos institui cœperit, dicetur: Glauci nunc neque ulla superest suboles, neque domus ulla, quæ Glauci censeatur: sed ex Sparta radicitus extrita est. Ita bonum est nihil aliud de deposito cogitare, quam ut repetentibus reddatur. Leutychides hæc loquutus, quum nihilo magis ab Atheniensibus audiretur, discessit.

87. At Æginetæ priusquam superiorum injuriarum, quas Atheniensibus intulerant gratifi-

ἀδικημάτων δοῦναι δίκας, τῶν ἐς Ἀθηναίους ὕβρισαν, Θηβαίοισι χαριζόμενοι, ἐποίησαν τοιόνδε· μεμφόμενοι τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ ἀξιοῦντες ἀδικέεσθαι, ὡς τιμωρησόμενοι τοὺς Ἀθηναίους παρεσκευάζοντο. καὶ, ἦν γὰρ δὴ τοῖσι Ἀθηναίοισι πεντήρης ἐπὶ Σουνίῳ, λοχήσαντες ὦν, τὴν θεωρίδα νῆα εἷλον πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων· λαβόντες δὲ τοὺς ἄνδρας, ἔδησαν.

πή. Ἀθηναῖοι δὲ παθόντες ταῦτα πρὸς Αἰγινητέων, οὐκέτι ἀνεβάλλοντο μὴ οὐ τὸ πᾶν μηχανήσασθαι ἐπ᾽ Αἰγινήτῃσι. καὶ, ἦν γὰρ Νικόδρομος Κνοίθου καλεόμενος ἐν τῇ Αἰγίνῃ ἀνὴρ δόκιμος· οὗτος μεμφόμενος μὲν τοῖσι Αἰγινήτῃσι προτέρην ἑωϋτοῦ ἐξέλασιν ἐκ τῆς νήσου, μαθὼν δὲ τότε τοὺς Ἀθηναίους ἀναρτημένους

çantes Thebanis, darent pœnas, hæc fecerant. Quum Atheniensibus succenserent, et sibi ab illis injuriam fieri arbitrarentur, se ad castigandos eos apparabant. Erat autem Atheniensium in Sunio quinqueremis: hanc igitur Æginetæ locatis insidiis navem, ad sacra mitti solitam, intercepere, plenam primoribus Atheniensium, virosque captos alligavere. Hæc ab Æginetis passi Athenienses non amplius differendum putaverunt, quin omnia in illos excogitarent.

88. Erat igitur nomine Nicodromus Cnœthi filius, in Ægina vir spectatus: hic vituperans Æginetas quoniam antea se ex insula ejecerant: tum vero cognito Athenienses esse ani-

ἔρδειν Αἰγινήτας κακῶς, συντίθεται Ἀθηναίοισι προδοσίην Αἰγίνης, φράσας ἐν τῇ τε ἡμέρῃ ἐπιχειρήσει, καὶ ἐκείνους ἐς τὴν ἥκειν δεήσει βοηθέοντας. μετὰ ταῦτα, καταλαμβάνει μὲν κατὰ τὰ συνεθήκατο ὁ Νικόδρομος Ἀθηναίοισι τὴν παλαιὴν καλεομένην πόλιν.

πθ΄. Ἀθηναίοι δὲ οὐ παραγίνονται ἐς δέον· οὐ γὰρ ἔτυχον ἐοῦσαι νέες σφι ἀξιόμαχοι τῇσι Αἰγινητέων συμβαλέειν. ἐν ᾧ ὦν Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσαί σφι νέας, ἐν τούτῳ διεφθάρη τὰ πρήγματα. οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἔσαν γάρ σφι τοῦτον τὸν χρόνον φίλοι ἐς τὰ μάλιστα, Ἀθηναίοισι διδοῦσι δεομένοισι εἴκοσι νέας, διδοῦσι δὲ πενταδράχμους ἀποδόμενοι· δωτίνην γὰρ ἐν τῷ νόμῳ οὐκ ἐξῆν δοῦναι· ταύτας τε δὴ λαβόντες οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς σφετέρας,

---

matos ad nocendum Æginetis, composuit cum illis de prodenda Ægina, statuens certum diem, quo esset rem aggressurus ipse, et illos oporteret venire subsidio. Atque ita ex composito urbem quæ vetus vocabatur occupat.

89. Sed Athenienses ad constitutum non adfuerunt, quia ipsis classis par ad pugnandum Ægineticæ non erat comparata. Dum igitur a Corinthiis commodari sibi naves rogant, interim res corrupta est. Corinthii autem per id tempus Atheniensibus amicissimi dedere rogantibus naves viginti, sed dedere vendentes singulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare vetabantur lege. His acceptis Athenienses, et suis instructis in summam septuaginta numero,

πληρώσαντες ἑβδομήκοντα νέας τὰς ἁπάσας, ἔπλεον ἐπὶ τὴν Αἴγιναν· καὶ ὑστέρισαν ἡμέρῃ μιῇ τῆς συγκειμένης.

Ϟʹ. Νικόδρομος δὲ, ὡς οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸν καιρὸν οὐ παρεγένοντο, ἐς πλοῖον ἐσβὰς, ἐκδιδρήσκει ἐκ τῆς Αἰγίνης· σὺν δέ οἱ καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν Αἰγινητέων εἵποντο, τοῖσι Ἀθηναῖοι Σούνιον οἰκῆσαι ἔδοσαν. ἐνθεῦτεν δὲ οὗτοι ὁρμεόμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Αἰγινήτας· ταῦτα μὲν δὴ ὕστερον ἐγίνετο.

Ϟαʹ. Αἰγινητέων δὲ οἱ παχέες, ἐπαναστάντος τοῦ δήμου σφι ἅμα Νικοδρόμῳ, ἐπεκράτησαν· καὶ ἔπειτά σφεας χειρωσάμενοι, ἐξῆγον ἀπολέοντες. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ ἄγος σφι ἐγένετο, τὸ ἐκθύσασθαι οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ἐπιμηχανώμενοι, ἀλλ' ἔφθησαν ἐκπεσόν-

---

in Æginam navigaverunt, perveneruntque postridie ejus diei, qui erat destinatus.

90. Qui quum ad diem non adessent, conscenso navigio Nicodromus ex Ægina profugit, aliis nonnullis Æginetarum eum comitantibus, quibus Athenienses Sunium incolendum dederunt. Unde isti prodeuntes, eorum, qui in insula erant, Æginetarum res ferebant et agebant: sed hæc posterius acta sunt.

91. Ceterum proceres Æginetarum, superata plebe quæ una cum Nicodromo tumultum in ipsis fecerat, mox eos quos ceperant, ad necem educebant. Unde piaculum admisere, quod nullo sacrificio expiare potuerunt, quum id sedulo facerent,

τες πρότερον ἐκ τῆς νήσου, ἤ σφι ἵλεων γενέσθαι τὴν θεόν· ἑπτακοσίους γὰρ δὴ τοῦ δήμου ζωγρήσαντες, ἐξῆγον ὡς ἀπολέοντες. εἷς δέ τις τουτέων ἐκφυγὼν τὰ δεσμὰ, καταφεύγει πρὸς πρόθυρα Δήμητρος θεσμοφόρου· ἐπιλαμβανόμενος δὲ τῶν ἐπισπαστήρων, εἴχετο· οἱ δὲ, ἐπεί τέ μιν ἀποσπάσαι οὐκ οἷοί τε ἀπέλκοντες ἐγίνοντο, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἦγον οὕτω· χεῖρες δὲ κεῖναι ἐμπεφυκυῖαι ἔσαν τοῖσι ἐπισπαστῆρσι.

ϟϐ'. Ταῦτα μέν νυν σφέας αὐτοὺς οἱ Αἰγινῆται ἐργάσαντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἥκουσι ἐναυμάχησαν νηυσὶ ἑβδομήκοντα· ἑσσωθέντες δὲ τῇ ναυμαχίῃ, ἐπεκαλέοντο τούτους αὐτοὺς τοὺς καὶ πρότερον, Ἀργείους. καὶ δή σφι οὗτοι μὲν οὐκέτι βοηθέουσι, μεμφόμενοι

---

præoccupatique, prius ex insula sunt dejecti, quam sibi deam propitiarent: nam quum septingentos e plebe quos vivos ceperant, ad necem educerent, unus eorum e vinculis elapsus fugit ad Cereris legiferæ antefores, ejusque ansis prehensis adhærebat: quem illi quum avellere, quod tentabant, non possent, abscissis viri manibus ita duxerunt, quæ manus ansis consertæ manserunt.

92. Sic in se ipsis consuluerunt Æginetæ. Mox classe septuaginta navium cum Atheniensibus, qui supervenere, congressi superantur. Victi navali prœlio, eosdem quos prius Argivos in auxilium vocaverunt: sed illi noluere eis amplius auxilio esse, caussati quod et naves Æ-

ὅτι Αἰγιναῖαι νέες ἀνάγκῃ λαμφθεῖσαι ὑπὸ Κλεομένεος, ἔσχον τε ἐς τὴν Ἀργολίδα χώρην καὶ συναπέβησαν Λακεδαιμονίοισι· συναπέβησαν δὲ καὶ ἀπὸ Σικυωνίων νεῶν ἄνδρες τῇ αὐτῇ ταύτῃ ἐσβολῇ. καί σφι ὑπ' Ἀργείων ἐπεβλήθη ζημίη, χίλια τάλαντα ἐκτίσαι, πεντακόσια ἑκατέρους. Σικυώνιοι μέν νυν συγγνόντες ἀδικῆσαι, ὡμολόγησαν, ἑκατὸν τάλαντα ἐκτίσαντες, ἀζήμιοι εἶναι· Αἰγινῆται δὲ οὔτε συνεγινώσκοντο, ἔσαν τε αὐθαδέστεροι. διὰ δὴ ὧν σφι ταῦτα δεομένοισι, ἀπὸ μὲν τοῦ δημοσίου οὐδεὶς Ἀργείων ἔτι ἐβοήθεε, ἐθελονταὶ δὲ ἐς χιλίους· ἦγε δὲ αὐτοὺς στρατηγὸς ἀνὴρ ᾧ οὔνομα Εὐρυβάτης, πεντάεθλον ἐπασκήσας. τουτέων οἱ πλεῦνες οὐκ ἀπενόστησαν ὀπίσω, ἀλλ' ἐτελεύτησαν ὑπ' Ἀθηναίων

---

ginæ per necessitatem sumptæ a Cleomene oram Argolidem tenuissent, et cum Lacedæmoniis in terram descendissent, ut nonnulli quoque e Sicyoniis navibus descenderunt in illa ipsa expeditione. Quo nomine utrisque mulcta ab Argivis injuncta est mille talentorum, quorum quingena quisque populus solveret: sed quum Sicyonii suam culpam agnoscentes, centum talentis cum Argivis decidissent, Æginetæ ne agnoscere quidem culpam voluere: erant enim superbiores. Eapropter rogantibus eis nemo amplius Argivorum publice auxilium tulit, sed voluntariorum circiter mille, duce quodam, cui nomen erat Eurybates, quinquertionem adeptus: quorum plures non re-

ἐν Αἰγίνῃ· αὐτὸς δὲ ὁ στρατηγὸς Εὐρυβάτης μουνομαχίην ἐπασκέων, τρεῖς μὲν ἄνδρας τρόπῳ τοιούτῳ κτείνει, ὑπὸ δὲ τοῦ τετάρτου Σωφάνεος τοῦ Δεκελέος ἀποθνήσκει.

ϟγʹ. Αἰγινῆται δὲ, ἐοῦσι ἀτάκτοισι Ἀθηναίοισι συμβαλόντες τῇσι νηυσὶ, ἐνίκησαν· καί σφεων νεας τέσσερας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἷλον. Ἀθηναίοισι μὲν δὴ πόλεμος συνῆπτο πρὸς Αἰγινήτας.

ϟδʹ. Ὁ δὲ Πέρσης τὸ ἑωϋτοῦ ἐποίεε, ὥστε ἀναμιμνήσκοντός τε αἰεὶ τοῦ θεράποντος, μεμνῆσθαί μιν τῶν Ἀθηναίων, καὶ Πεισιστρατιδέων προσκατημένων καὶ διαβαλλόντων Ἀθηναίους· ἅμα δὲ βουλόμενος ὁ Δαρεῖος, ταύτης ἐχόμενος τῆς προφάσιος, καταστρέφεσθαι τῆς Ἑλλάδος τοὺς μὴ δόντας αὐτῷ γῆν τε καὶ

meavere, sed in Ægina ab Atheniensibus occubuere. Et ipse dux Eurybates singulari certamine ter victor, quarto sub Sophane Decelensi oppetiit.

93. Verum Æginetæ sua classe adorti incompositos Athenienses superavere, eorumque naves quatuor cum omnibus viris cepere. Et Athenienses quidem bellum cum Æginetis contraxerant.

94. Persa autem quæ ipsius partes erant, exequebatur, cum famulo assidue in memoriam redigente ut reminisceretur Atheniensium, tum Pisistratidis assidentibus Atheniensesque criminantibus; tum cupiditate per hunc prætextum quo nixus erat, subigendi in Græcia illos, quicunque sibi terram et aquam denegassent. Itaque Mardonium, qui mala rem na-

ὕδωρ, Μαρδόνιον μὲν δὴ φλαύρως πρήξαντα τῷ στόλῳ, παραλύει τῆς στρατηγίης· ἄλλους δὲ στρατηγοὺς ἀποδέξας, ἀπέστειλε ἐπί τε Ἐρέτριαν καὶ Ἀθήνας, Δᾶτίν τε, ἐόντα Μῆδον γένος, καὶ Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος παῖδα, ἀδελφιδεὸν ἑωϋτοῦ· ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν, ἄγειν ἑωϋτῷ ἐς ὄψιν τὰ ἀνδράποδα.

Ϟε΄. Ὡς δὲ οἱ στρατηγοὶ οὗτοι οἱ ἀποδεχθέντες πορευόμενοι παρὰ βασιλῆος, ἀπίκοντο τῆς Κιλικίης ἐς τὸ Ἀλήϊον πεδίον, ἅμα ἀγόμενοι πεζὸν στρατὸν πολλόν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένον, ἐνθαῦτα στρατοπεδευομένοισι ἐπῆλθε μὲν ὁ ναυτικὸς πᾶς στρατὸς ὁ ἐπιταχθεὶς ἑκάστοισι· παρεγένοντο δὲ καὶ αἱ ἱππαγωγοὶ νέες, τὰς τῷ προτέρῳ ἔτεϊ προεῖπε τοῖσι ἑωϋτοῦ δασμοφόροισι Δαρεῖος ἑτοιμάζειν· ἐσ-

---

valem gesserat, præfectura amovit, aliosque designatos duces adversus Eretriam et Athenas misit, Datin genere Medum, et Artaphernem Artaphernis fratris sui filium, datis mandatis, ut Athenas atque Eretriam penitus diriperent, et mancipia in conspectum sibi ducerent.

95. Postquam hi duces declarati, ab rege digressi, ad campum Ciliciæ Aleium devenere cum ingenti pedestri ac bene instructo exercitu, ibi castris positis supervenerunt nauticæ copiæ omnes, ut singulis erant imperatæ; ad hæc equos vehentes naves, quas superiore Darius anno mandaverat tributariis suis parandas. Quum has oneravis-

βαλόμενοι δὲ τοὺς ἵππους ἐς ταύτας, καὶ τὸν πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας, ἔπλεον ἑξακοσίῃσι τριήρεσι ἐς τὴν Ἰωνίην. ἐνθεῦτεν δὲ οὐ παρὰ τὴν ἤπειρον εἶχον τὰς νέας ἰθὺ τοῦ τε Ἑλλησπόντου καὶ τῆς Θρηΐκης, ἀλλ' ἐκ Σάμου ὁρμεόμενοι, παρά τε Ἰκάριον καὶ διὰ νήσων τὸν πλόον ἐποιεῦντο· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει, δείσαντες μάλιστα τὸν περίπλοον τοῦ Ἄθω, ὅτι τῷ προτέρῳ ἔτεϊ ποιεύμενοι ταύτῃ τὴν κομιδὴν, μεγάλως προσέπταισαν· πρὸς δὲ, καὶ ἡ Νάξος σφεας ἠνάγκαζε, πρότερον οὐκ ἁλοῦσα.

϶ϛ'. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ Ἰκαρίου πελάγεος προσφερόμενοι προσέμιξαν τῇ Νάξῳ, ἐπὶ ταύτην γὰρ δὴ πρώτην ἐπεῖχον στρατεύεσθαι οἱ Πέρσαι, μεμνημένοι τῶν πρότερον οἱ Νάξιοι,

---

sent equis, atque terrestri exercitu navibus imposito, sexcentis cum triremibus in Ioniam contenderunt. Hinc non secundum continentem recto cursu, Hellespontum et Thraciam versus navigabant, sed e Samo unde solverant, juxta Icarium, interque insulas vehebantur: præcipue quidem, ut ego sentio, metu circumnavigandi Athon, quia cursum superiori anno illac peragentes, magnam jacturam fecerant; sed et coacti propter Naxon, quam antea non ceperant.

96. Ad quam posteaquam ex Icario pelago appulsi sunt, in hanc enim ut primum copiæ ducerentur, Persæ urgebant, Naxii memores priorum, fuga se in montes concitaverunt, non

πρὸς τὰ οὔρεα οἴχοντο φεύγοντες, οὐδὲ ὑπέμειναν. οἱ δὲ Πέρσαι ἀνδραποδισάμενοι τοὺς κατέλαβον αὐτέων, ἐνέπρησαν καὶ τὰ ἱρὰ καὶ τὴν πόλιν· ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους ἀνάγοντο.

ϟζ΄. Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐποίευν, οἱ Δήλιοι, ἐκλιπόντες καὶ αὐτοὶ τὴν Δῆλον, οἴχοντο φεύγοντες ἐς Τῆνον. τῆς δὲ στρατιῆς καταπλεούσης, ὁ Δᾶτις προπλώσας, οὐκ ἔα τὰς νέας πρὸς τὴν νῆσον προσορμίζεσθαι, ἀλλὰ πέρην ἐν τῇ Ῥηνέῃ· αὐτὸς δὲ πυθόμενος ἵνα ἔσαν οἱ Δήλιοι, πέμπων κήρυκα, ἠγόρευέ σφι τάδε, "Ἄνδρες ἱροὶ, τί φεύγοντες οἴχεσθε, οὐκ ἐπιτηδέα καταγνόντες κατ' ἐμεῦ; ἐγὼ γὰρ καὶ αὐτὸς ἔτι τοσαῦτα φρονέω, καί μοι ἐκ βασιλῆος ὧδε ἐπέσταλται· ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, ταύτην μηδὲν

---

ausi resistere. Eorum autem, quos adepti sunt Persæ, quum in servitutem rapuissent, delubra atque urbem incenderunt. His actis ad ceteras insulas appellunt.

97. Hæc dum isti agunt, Delii relicta et ipsi Delo fuga Tenum abeunt. Eo tendentes naves præcedens Datis non sinebat ad insulam habere stationem, sed trans eam ad Rhenæam. Et simul cognito ubi Delii essent, misso caduceatore his eos verbis affatus est, Viri sacri, quid fugientes abitis, non pro merito de me male opinantes? Ego enim et ipse etiam talia intelligo, et ab rege jussus sum, qua in regione duo dii geniti

" σίνεσθαι, μήτε αὐτὴν τὴν χώρην, μήτε τοὺς " οἰκήτορας αὐτῆς. νῦν ὦν καὶ ἄπιτε ἐπὶ τὰ " ὑμέτερα αὐτέων, καὶ τὴν νῆσον νέμεσθε." ταῦτα μὲν ἐπεκηρυκεύσατο τοῖσι Δηλίοισι· μετὰ δὲ, λιβανωτοῦ τριηκόσια τάλαντα κατανήσας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, ἐθυμίησε.

ϛη'. Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ποιήσας, ἔπλεε ἅμα τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Ἐρέτριαν πρῶτα, ἅμα ἀγόμενος καὶ Ἴωνας καὶ Αἰολέας. μετὰ δὲ τοῦτον ἐνθεῦτεν ἐξαναχθέντα, Δῆλος ἐκινήθη, ὡς ἔλεγον οἱ Δήλιοι, καὶ πρῶτα καὶ ὕστατα μέχρι ἐμεῦ σεισθεῖσα. καὶ τοῦτο μέν κου τέρας ἀνθρώποισι τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν ἔφηνε ὁ θεός. ἐπὶ γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου, καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεέων, ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας

---

sunt, nequid aut eam regionem aut ejus incolas lædam. Et nunc igitur abite ad vestra ipsorum, et colite insulam. Hæc Deliis per caduceatorem dixit: mox trecenta thuris talenta super aram aggesta adolevit.

98. His actis Datis adversus Eretriam primum navigavit, simul omnem exercitum, simul Iones pariter atque Æolenses ducens. Statimque ab illius inde digressu Delos tremuit, ut Delii aiebant, et primum et postremum ad meam usque ætatem mota, deo mala ventura hominibus per hoc prodigium pors tendente. Nam sub Dario Hystaspis, et Xerxe Darii, et Artoxerxe Xerxis filio, tribus ii-

γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας· τὰ μὲν, ἀπὸ τῶν Περσέων αὐτῇ γενόμενα, τὰ δὲ, ἀπ' αὐτέων τῶν κορυφαίων περὶ τῆς ἀρχῆς πολεμεόντων. οὕτω οὐδὲν ἦ ἀεικὲς κινηθῆναι Δῆλον, τοπρὶν ἐοῦσαν ἀκίνητον· καὶ ἐν χρησμῷ ἦν γεγραμμένον περὶ αὐτῆς ὧδε,

Κινήσω καὶ Δῆλον, ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν.

δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν ταῦτα τὰ οὐνόματα, Δαρεῖος, ἑρξείης· Ξέρξης, ἀρήϊος· Ἀρταξέρξης, μέγας ἀρήϊος. τούτους μὲν δὴ τοὺς βασιλῆας ὧδε ἂν ὀρθῶς κατὰ γλῶσσαν τὴν σφετέρην Ἕλληνες καλέοιεν.

Ϟθ'. Οἱ δὲ βάρβαροι ὡς ἀπῆραν ἐκ τῆς Δήλου, προσίσχον πρὸς τὰς νήσους· ἐνθεῦτεν δὲ στρατιήν τε παρελάμβανον, καὶ ὁμήρους

deinceps ætatibus, malorum passa est Græcia, quam viginti aliis ætatibus, partim a Persis, partim ab ipsis primoribus de principatu bellantibus: ut non ab ab re Delos mota sit, prius immobilis: de qua etiam in oraculo ita scriptum erat,

Et Delon, quamvis sit adhuc immota, movebo.

Et sane in Græca lingua pollent hæc nomina, Darius, idem quod *coërcitor:* Xerxes, idem quod *martius:* Artoxerxes, idem quod *magnus bellator.* Hos igitur reges ita recte Græci ex suo sermone vocaverint ἑρξείης, Ἀρήϊος, μέγας Ἀρήϊος.

99. Barbari, postquam a Delo ad insulas profecti sunt, sumebant illinc tum copias, tum

τῶν νησιωτέων παῖδας ἐλάμβανον. ὡς δὲ περιπλέοντες τὰς νήσους, προσέσχον καὶ ἐς Κάρυστον, οὐ γὰρ δή σφι οἱ Καρύστιοι οὔτε ὁμήρους ἐδίδοσαν, οὔτε ἔφασαν ἐπὶ πόλις ἀστυγείτονας στρατεύεσθαι, λέγοντες Ἐρέτριάν τε καὶ Ἀθήνας, ἐνθαῦτα τούτους ἐπολιόρκεόν τε καὶ τὴν γῆν σφέων ἔκειρον, ἐς ὃ καὶ οἱ Καρύστιοι παρέστησαν ἐς τῶν Περσέων τὴν γνώμην.

ρ΄. Ἐρετριέες δὲ, πυνθανόμενοι τὴν στρατιὴν τὴν Περσικὴν ἐπὶ σφέας ἐπιπλέουσαν, Ἀθηναίων ἐδεήθησαν σφίσι βοηθοὺς γενέσθαι. Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἀπείπαντο τὴν ἐπικουρίην, ἀλλὰ τοὺς τετρακισχιλίους κληρουχέοντας τῶν ἱπποβοτέων Χαλκιδέων τὴν χώρην, τούτους σφι διδοῦσι τιμωρούς. τῶν δὲ Ἐρετριέων ἦν ἄρα

---

liberos insulanorum obsides. Ut vero insulas prætemavigantes, Carystum appulerunt, Carystiique negarunt se vel obsides dare vel militare adversus vicinas civitates, Athenas et Eretriam significantes, Carystii tunc obsessi sunt, eorumque ager vastatus, donec in deditionem Persarum venerunt.

100. Eretrienses autem audito Persarum exercitum adversus se venire, auxilia ab Atheniensibus imploravere. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienses, concesserunt subsidio illis ea quatuor millia hominum, qui sorte Chalcidensium equos alentium obtinuerant prædia. Sed Eretriensium haudquaquam sincerum erat consilium, qui tametsi arcessebant A-

οὐδὲν ὑγιὲς βούλευμα· οἳ μετεπέμποντο μὲν Ἀθηναίους, ἐφρόνεον δὲ διφασίας ἰδέας· οἱ μὲν γὰρ αὐτέων ἐβουλεύοντο ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης· ἄλλοι δὲ αὐτέων, ἴδια κέρδεα προσδεκόμενοι παρὰ τοῦ Πέρσεω οἴσεσθαι, προδοσίην ἐσκευάζοντο. μαθὼν δὲ τουτέων ἑκάτερα ὡς εἶχε Αἰσχίνης ὁ Νόθωνος, ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα, φράζει τοῖσι ἥκουσι τῶν Ἀθηναίων πάντα τὰ παρεόντα σφι πρήγματα· προσεδέετό τε ἀπαλλάσσεσθαί σφεας ἐς τὴν σφετέρην, ἵνα μὴ προσαπόλωνται. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῦτα Αἰσχίνῃ συμβουλεύσαντι πείθονται· καὶ οὗτοι μὲν διαβάντες ἐς Ὠρωπὸν, ἔσωζον σφέας αὐτούς.

ρα΄. Οἱ δὲ Πέρσαι πλέοντες κατέσχον τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρης κατὰ Ταμύνας,

---

thenienses, tamen ancipiti sententia vacillabant; quibusdam eorum censentibus urbem deserendam, et in promontoria Eubœæ eundum; quibusdam, qui privata lucra a Persis expectarent, proditionem molientibus. Horum utrorumque animos animadvertens Æschines Nothonis filius, Eretriensium primarius, patefecit Atheniensibus omnem præsentium rerum statum, oravitque ut domum abirent, ne una cum illis occumberent. Hæc consulenti Æschini obtemperantes Athenienses, illinc in Oropum transgressi, salutem sibi pepererunt.

101. At Persæ eo advecti, naves oræ Eretricæ ad fanum et Chœreas et Ægilia applicuerunt: potitique his locis, conti-

καὶ Χοιρέας, καὶ Αἰγίλια· κατασχόντες δὲ ἐς ταῦτα τὰ χωρία, αὐτίκα ἵππους τε ἐξεβάλλοντο, καὶ παρεσκευάζοντο ὡς προσοισόμενοι τοῖσι ἐχθροῖσι. οἱ δὲ Ἐρετριέες ἐπεξελθεῖν μὲν καὶ μάχεσθαι οὐκ ἐποιεῦντο βουλὴν, εἴ κως δὲ διαφυλάξαιεν τὰ τείχεα, τούτου σφι ἔμελε πέρι, ἐπεί τε ἐνίκα μὴ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν. προσβολῆς δὴ γενομένης καρτερῆς πρὸς τὸ τεῖχος, ἔπιπτον ἐπὶ ἓξ ἡμέρας πολλοὶ μὲν ἀμφοτέρων· τῇ δὲ ἑβδόμῃ Εὔφορβός τε ὁ Ἀλκιμάχου, καὶ Φίλαγρος ὁ Κυνέου, ἄνδρες τῶν ἀστῶν δόκιμοι, προδιδοῦσι τοῖσι Πέρσῃσι. οἱ δὲ, ἐσελθόντες ἐς τὴν πόλιν, τοῦτο μὲν, τὰ ἱρὰ συλήσαντες, ἐνέπρησαν, ἀποτινύμενοι τῶν ἐν Σάρδισι κατακαυθέντων ἱρῶν· τοῦτο δὲ, τοὺς ἀνθρώπους ἠνδραποδίσαντο, κατὰ τὰς Δαρείου ἐντολάς.

---

nuo equos exposuere, et tanquam cum hostibus conflicturi se instruxere. Adversus quos non decreverunt Eretrienses sibi esse prodeundum: sed quandoquidem sententia de urbe non deserenda evicerat, dabant operam ut mœnia custodirent. Adorientibus autem ea Persis, acri pugna per sex dies certatum est: multisque utrimque cadentibus, septimo die Euphorbus Alcimachi filius, et Philagrus Cyneæ, inter populares suos viri spectati, urbem hostibus prodidere. Quam ingressi Persæ, templa postquam spoliavere, incenderunt, in ultionem eorum templorum, quæ Sardibus deflagraverant, hominibus jussu Darii in servitutem redactis.

ρβ΄. Χειρωσάμενοι δὲ τὴν Ἐρέτριαν, καὶ ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας, ἔπλεον ἐς τὴν Ἀττικὴν κατέργοντές τε πολλὸν καὶ δοκέοντες ταὐτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν τὰ καὶ τοὺς Ἐρετριέας ἐποίησαν· καὶ, ἦν γὰρ ὁ Μαραθὼν ἐπιτηδεώτατον χωρίον τῆς Ἀττικῆς ἐνιππεῦσαι, καὶ ἀγχοτάτω τῆς Ἐρετρίης, ἐς τοῦτό σφι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου.

ργ΄. Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, ἐβοήθεον καὶ αὐτοὶ ἐς τὸν Μαραθῶνα. ἦγον δέ σφεας στρατηγοὶ δέκα· τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα τὸν Στησαγόρεω κατέλαβε φυγεῖν ἐξ Ἀθηνέων Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτεος. καὶ αὐτῷ φεύγοντι, ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη· καὶ ταύτην μὲν τὴν νίκην ἀνελόμενόν μιν,

---

102. Potiti Eretria, et paucos illic dies morati, in Atticam navigaverunt, tum acriter se coërcentes, tum rati idem se illaturos Atheniensibus quod Eretriensibus intulissent: etenim erat locus Atticæ Marathon ad equitandum opportunissimus, et proxime Eretriam; ideo huc illos Hippias Pisistrati filius deducebat.

103. Eodem Athenienses et ipse re audita ad vim arcendam processerunt, decem præfectis sibi ducibus: quorum decimus erat Miltiades, cujus patrem Cimonem Stesagoræ filium, ut fugeret ex Athenis Pisistratum filium Hippocratis coëgerat casus, et dum exul erat, obtinere palmam Olympicam quadrijugo certamine contigerat; quam

τὠυτὸ ἐξενείκασθαι τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφεῷ Μιλτιάδῃ. μετὰ δὲ, τῇ ὑστέρῃ ὀλυμπιάδι τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι νικῶν, παραδιδοῖ Πεισιστράτῳ ἀνακηρυχθῆναι· καὶ τὴν νίκην παρεὶς τούτῳ, κατῆλθε ἐπὶ τὰ ἑωϋτοῦ ὑπόσπονδος. καί μιν ἀνελόμενον τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι ἄλλην ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκέτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου· κατείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ πρυτανήϊον, νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας. τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεος, πέρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ· καταντίον δ' αὐτοῦ αἱ ἵπποι τεθάφαται αὗται αἱ τρεῖς ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι. ἐποίησαν δὲ καὶ ἄλλαι ἵπποι ἤδη τὠυτὸ τοῦτο Εὐαγόρεω Λάκωνος· πλέω δὲ τουτέων, οὐδαμαί. ὁ μὲν δὴ πρεσ-

---

victoriam muneris gratia transtulit in Miltiadem fratrem uterinum: proximaque Olympiade eisdem equabus iterum vincens concessit Pisistrato, ut renunciaretur, et sic victoria in hunc translata rediit in domum suam reconciliatus, idemque quum eisdem equabus aliam Olympiadem vicisset, a filiis Pisistrati interfectus est, non jam vivo Pisistrato. Interfecerunt autem eum ad Prytaneum, noctu summissis percussoribus, sepultusque ante urbem trans viam, quæ per Cœlam vocatur: et e regione ejus sepultæ sunt equæ illæ, quæ tres Olympicas victorias reportarant. Idem quod istæ, jam aliæ equæ fecerant, quæ fuerunt Euagoræ Laconis: aliæ præterea nullæ. Per idem

βύτερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι Στησαγόρης ἦν τηνικαῦτα παρὰ τῷ πάτρῳ Μιλτιάδῃ τρεφόμενος ἐν τῇ Χερσονήσῳ· ὁ δὲ νεώτερος παρ' αὐτῷ Κίμωνι ἐν Ἀθήνῃσι, τοὔνομα ἔχων ἀπὸ τοῦ οἰκιστέω τῆς Χερσονήσου Μιλτιάδεω, Μιλτιάδης.

ρδ΄. Οὗτος δὴ ὢν τότε ὁ Μιλτιάδης ἥκων ἐκ τῆς Χερσονήσου, καὶ ἐκπεφευγὼς διπλόον θάνατον, ἐστρατήγεε Ἀθηναίων· ἅμα μὲν γὰρ, οἱ Φοίνικες αὐτὸν οἱ ἐπιδιώξαντες μέχρι Ἴμβρου, περὶ πολλοῦ ἐποιεῦντο λαβεῖν τε καὶ ἀναγαγεῖν παρὰ βασιλῆα· ἅμα δὲ, ἐκφυγόντα τε τούτους, καὶ ἀπικόμενον ἐς τὴν ἑωϋτοῦ, δοκέοντά τε εἶναι ἐν σωτηρίῃ, ἤδη τοενθεῦτέν μιν οἱ ἐχθροὶ ὑποδεξάμενοι, καὶ ὑπὸ δικαστήριον αὐτὸν ἀγαγόντες, ἐδίωξαν τυραννίδος τῆς ἐν Χερσονήσῳ. ἀποφυγὼν δὲ καὶ τούτους,

---

tempus major natu filiorum Cimonis Stesagoras, apud Miltiadem patruum in Chersoneso educabatur: minor autem apud ipsum Cimonem Athenis erat, nomen habens Miltiades a Miltiade Chersonesi conditore.

104. Hic igitur Miltiades e Chersoneso tunc profectus, dux Atheniensium erat e duplici cæde elapsus; nam simul eum Phœnices usque ad Imbrum persequuti, in magno negotio habebant capere hominem, ut ad regem perducerent; simul ab iis elapsum, et domum suam reversum, ac se salvum esse existimantem, inimici sui inde exceperunt, et judicio subjecerunt, accusantes occupatæ in Cher-

στρατηγὸς οὕτω Ἀθηναίων ἀπεδέχθη, αἱρεθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου.

ρε΄. Καὶ πρῶτα μὲν, ἐόντες ἔτι ἐν τῷ ἄστεϊ οἱ στρατηγοὶ, ἀποπέμπουσι ἐς Σπάρτην κήρυκα Φειδιππίδην, Ἀθηναῖον μὲν ἄνδρα, ἄλλως δὲ ἡμεροδρόμον τε καὶ τοῦτο μελετῶντα. τῷ δὴ, ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης, καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγελε, περὶ τὸ Παρθένιον οὖρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης ὁ Πὰν περιπίπτει. βώσαντα δὲ τοὔνομα τοῦ Φειδιππίδεω τὸν Πᾶνα, Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἀπαγγεῖλαι, διότι ἑωϋτοῦ οὐδεμίην ἐπιμέλειαν ποιεῦνται, ἐόντος εὔνου ἤδη Ἀθηναίοισι, καὶ πολλαχῆ γενομένου σφίσι χρησίμου, τὰ δ' ἔτι καὶ ἐσομένου. καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι, καταστάντων σφίσι εὖ ἤδη τῶν πρηγμάτων, πιστεύσαντες εἶναι

---

soneso tyrannidis. Sed et hoc reatu liberatus, ita suffragiis populi dux Atheniensium declaratus est.

105. Duces autem quum adhuc in urbe essent, ante omnia præconem Spartam mittunt Phidippidem, illum quidem Atheniensem, sed diurnum cursorem et id ipsum meditantem. Huic Phidippidi, ut ipse dicebat, et Atheniensibus renunciavit, circa Parthenium montem, qui supra Tegeam est, obvius fuit Pan: compellatoque nominatim Phidippide, jussit nunciari Atheniensibus, quid ita illi nullam gererent curam sui, qui ipsis bene nunc vellet, quique jam sæpenumero de eis bene meritus fuisset atque etiam futurus esset. His verbis fide habita, Athenienses, quando eorum tandem status erat bene constitutus,

ἀληθέα, ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι Πανὸς ἱρὸν, καὶ αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγγελίης θυσίῃσι ἐπετείῃσι καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται.

ρϛʹ Τότε δὲ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ὁ Φειδιππίδης οὗτος, ὅτεπερ οἱ ἔφη καὶ τὸν Πᾶνα φανῆναι, δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ. ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἔλεγε, "Ὦ Λακεδαιμόνιοι, Ἀ-" "θηναῖοι ὑμέων δέονται σφίσι βοηθῆσαι, καὶ" "μὴ περιϊδεῖν πόλιν ἀρχαιοτάτην ἐν τοῖσι" "Ἕλλησι δουλοσύνῃ περιπεσοῦσαν πρὸς ἀν-" "δρῶν βαρβάρων· καὶ γὰρ Ἐρέτριά τε νῦν" "ἠνδραπόδισται, καὶ πόλι λογίμῳ ἡ Ἑλ-" "λὰς γέγονε ἀσθενεστέρη." ὁ μὲν δή σφι τὰ ἐντεταλμένα ἀπήγγελε· τοῖσι δὲ ἕαδε μὲν βοηθέειν Ἀθηναίοισι, ἀδύνατα δέ σφι ἦν το-

---

extruxerunt sub arce templum Panis: illique annuis sacrificiis ex quo nuncium accepere, sacrificant, et lampadis cursu supplicant.

106. Tunc autem Phidippides hic a ducibus missus, quando sibi dixit etiam Pana apparuisse, secundo die postquam Atheniensium urbe exivit, Spartam pervenit, adiensque magistratus, Lacedæmonii, inquit, orant vos Athenienses ut sibi opem feratis, nec civitatem inter Græcos vetustissimam negligatis, in discrimen adductam, ut barbaris serviat. Etenim Eretria direpta, est, insignique civitate Græcia imbecillior reddita. His mandatis a Phidippide expositis, placebat quidem Lacedæmoniis opem ferre Atheniensibus: sed

παραυτίκα ποιέειν ταῦτα, οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον· ἦν γὰρ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη· εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν, μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου. οὗτοι μέν νυν τὴν πανσέληνον ἔμενον.

ρζ΄. Τοῖσι δὲ βαρβάροισι κατηγέετο Ἱππίης ὁ Πεισιστράτου ἐς τὸν Μαραθῶνα, τῆς παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε. ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωϋτοῦ συνευνηθῆναι· συνεβάλετο ὦν ἐκ τοῦ ὀνείρου, κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν ἀρχὴν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑωϋτοῦ γηραιός. ἐκ μὲν δὴ τῆς ὄψιος συνεβάλετο ταῦτα. τότε δὲ κατηγεόμενος, τοῦτο μὲν, τὰ ἀνδράποδα τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀπέβησε ἐς τὴν νῆσον τὴν Στυρέων, καλεομένην δὲ Αἰγίλειαν· τοῦτο δὲ,

---

id sibi impossibile confestim facere erat, nolentibus legem rumpere: nam erat nonus dies stantis mensis, quo die negabant se progressuros, orbe lunari non impleto. Et isti quidem plenilunium expectabant.

107. Hippiæ autem Pisistrati filio, qui barbaros in Marathonem ducebat, visum hoc in somnis superiore nocte oblatum est: Videbatur sibi Hippias cum matre concumbere. Quo ex somnio conjectabat fore, ut reversus Athenas, ac recepto dominatu senex domi suæ obiret. Hunc in modum interpretabatur visum suum. Tunc autem ducis officio fungens, partim mancipia Eretriensia in insulam Styreorum, nomine Ægileam, deportat; partim naves ad Maratho-

καταγομένας ἐς τὸν Μαραθῶνα τὰς νέας ὅρμιζε οὗτος· ἐκβάντας δὲ ἐς τὴν γῆν τοὺς βαρβάρους διέτασσε. καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως ἢ ὡς ἐώθεε· οἷα δέ οἱ πρεσβυτέρῳ ἐόντι, τῶν ὀδόντων οἱ πλεῦνες ἐσείοντο· τουτέων ὧν ἕνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλλει ὑπὸ βίης βήξας· ἐκπεσόντος δὲ ἐς τὴν ψάμμον αὐτοῦ, ἐποιέετο πολλὴν σπουδὴν ἐξευρεῖν· ὡς δὲ οὐκ ἐφαίνετό οἱ ὁ ὀδὼν, ἀναστενάξας, εἶπε πρὸς τοὺς παρεστεῶτας, "Ἡ "γῆ ἥδε οὐκ ἡμετέρη ἐστὶ, οὐδέ μιν δυνη-"σόμεθα ὑποχειρίην ποιήσασθαι· ὁκόσον δέ "τι μοι μέρος μετῆν, ὁ ὀδὼν μετέχει."

ρη΄. Ἱππίης μὲν δὴ ταύτῃ τὴν ὄψιν συνεβάλετο ἐξεληλυθέναι. Ἀθηναίοισι δὲ τεταγμένοισι ἐν τεμένεϊ Ἡρακλέος, ἐπῆλθον βοη-

---

nem appulsas ipse in stationibus locat; sed et barbaros in terram egressos disponit. Ei talia administranti contigit sternutatio, tussisque solito vehementior, unde, concussis ejus, utpote senis, plerisque dentibus, unus illorum ex violentia tussiendi excussus est, et in arenam delapsus: qui magna adhibita ad inveniendum diligentia, quum tamen non appareret, suspirans Hippias, ad eos qui aderant ait, Hæc terra non est nostra, nec eam poterimus nobis subjectam efficere; quanta autem pars ad me pertinebat, dens obtinet.

108. Ita Hippias ista visione interpretabatur se defunctum esse. Atheniensibus autem apud Herculis fanum instructis supervenere auxilio Platæenses,

θέοντες Πλαταιέες πανδημεί· καὶ γὰρ καὶ ἐδεδώκεσάν σφεας αὐτοὺς τοῖσι Ἀθηναίοισι οἱ Πλαταιέες, καὶ πόνους ὑπὲρ αὐτέων οἱ Ἀθηναῖοι συχνοὺς ἤδη ἀναιρέατο· ἔδοσαν δὲ ὧδε. πιεζεύμενοι ὑπὸ Θηβαίων οἱ Πλαταιέες, ἐδίδοσαν πρῶτα παρατυχοῦσι Κλεομένεΐ τε τῷ Ἀναξανδρίδεω καὶ Λακεδαιμονίοισί σφεας αὐτούς. οἱ δὲ, οὐ δεκόμενοι, ἔλεγόν σφι τάδε, "Ἡμεῖς μὲν ἑκαστέρω τε οἰκέομεν, καὶ ὑμῖν "τοιήδε τις γίνοιτ' ἂν ἐπικουρίη ψυχρή· "φθαίητε γὰρ ἂν πολλάκις ἐξανδραποδισ-"θέντες ἤ τινα πυθέσθαι ἡμέων· συμβουλεύ-"ομεν δὴ ὑμῖν δοῦναι ὑμέας αὐτοὺς Ἀθη-"ναίοισι, πλησιοχώροισί τε ἀνδράσι, καὶ τι-"μωρέειν ἐοῦσι οὐ κακοῖσι." ταῦτα συνεβούλευον οἱ Λακεδαιμόνιοι, οὐ κατὰ εὐνοίην οὕτω

---

omni cum populo; quippe qui sese Atheniensibus dediderant, et pro quibus frequentes jam labores susceperant Athenienses. Dediderant autem sese hoc modo: Quum a Thebanis prementur Platæenses, primum Cleomeni Anaxandridæ atque Lacedæmoniis qui intervenerant, sese dediderant; a quibus tamen recepti non sunt, hac oratione utentibus: a nobis qui procul habitamus, frigidum quoddam fuerit vobis auxilium: nam priusquam nostrum quisquam audiat, possitis occupati ab hostibus sæpe expugnari. Suademus autem, ut vos ipsos Atheniensibus dedatis, vicinis pariter et ad tutandum non invalidis. Hoc Lacedæmonii non tam consulebant Platæensibus

τῶν Πλαταιέων, ὡς βουλόμενοι τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν πόνους, συνεστεῶτας Βοιωτοῖσι. Λακεδαιμόνιοι μὲν νυν Πλαταιεῦσι ταῦτα συνεβούλευον· οἱ δὲ οὐκ ἠπίστησαν, ἀλλ' Ἀθηναίων ἱρὰ ποιεύντων τοῖσι δώδεκα θεοῖσι, ἱκέται ἱζόμενοι ἐπὶ τὸν βωμὸν, ἐδίδοσάν σφεας αὐτούς. Θηβαῖοι δὲ πυθόμενοι ταῦτα, ἐστρατεύοντο ἐπὶ τοὺς Πλαταιέας· Ἀθηναῖοι δέ σφι ἐβοήθεον. μελλόντων δὲ συνάπτειν μάχην, Κορίνθιοι οὐ περιεῖδον. παρατυχόντες δὲ, καὶ καταλλάξαντες, ἐπιτρεψάντων ἀμφοτέρων, οὔρισαν τὴν χώρην ἐπὶ τοῖσδε· ἐᾷν Θηβαίους Βοιωτῶν τοὺς μὴ βουλομένους ἐς Βοιωτοὺς τελέειν. Κορίνθιοι μὲν δὴ ταῦτα γνόντες ἀπαλλάσσοντο. Ἀθηναίοισι δὲ ἀπιοῦσι ἐπεθήκαντο Βοιωτοί· ἐπιθέμενοι δὲ, ἑσσώθησαν τῇ μά-

quod eis bene vellent, quam quod optarent Athenienses defatigari Bœotorum bello. Id suadentibus Lacedæmoniis non adversati Platæenses, aditis Atheniensibus, dum rem divinam duodecim diis faciunt, eis ad aram suppliciter sedentes sese dediderunt. Adversus quos Thebani re audita exercitum duxerunt, in eorumque auxilium Athenienses venerunt. Sed conserturos prœlium Corinthii non neglexerunt; verum occurrentes reconciliandi gratia, utrorumque permissu regionem hunc in modum terminarunt, ut Thebani eos Bœotos qui nollent inter Bœotos censeri, sinerent facere quod vellent. Hoc ubi decrevere Corinthii, abscessere. Abscedentes quoque Athenienses aggressi Bœoti sunt, sed commissa pugna repulsi: unde

χῃ· ὑπερβάντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς οἱ Κορίνθιοι ἔθησαν Πλαταιεῦσι εἶναι οὔρους, τούτους ὑπερβάντες, τὸν Ἀσωπὸν αὐτὸν ἐποιήσαντο οὖρον Θηβαίοισι πρὸς Πλαταιέας εἶναι καὶ Ὑσιάς. ἔδοσαν μὲν δὴ οἱ Πλαταιέες σφέας αὐτοὺς Ἀθηναίοισι τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ· ἧκον δὲ τότε ἐς Μαραθῶνα βοηθέοντες.

ρθʹ. Τοῖσι δὲ Ἀθηναίων στρατηγοῖσι ἐγίνοντο δίχα αἱ γνῶμαι· τῶν μὲν, οὐκ ἐώντων συμβάλλειν· ὀλίγους γὰρ εἶναι στρατιῇ τῇ Μήδων συμβαλέειν· τῶν δὲ, καὶ Μιλτιάδεω, κελευόντων· ὡς δὲ δίχα τε ἐγίνοντο, καὶ ἐνίκα ἡ χείρων τῶν γνωμέων, ἐνθαῦτα, ἦν γὰρ ἑνδέκατος ψηφιδοφόρος ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθηναίων πολεμαρχέειν· τοπαλαιὸν γὰρ Ἀθηναῖοι ὁμόψηφον τὸν πολέμαρχον ἐποιεῦντο τοῖ-

---

Athenienses transgressi quos Corinthii statuerant Platæensibus terminos, illos dico excedentes, Asopum ipsum statuerunt limitem esse Thebanis versus Platæenses et Hysias. Ergo Platæenses Atheniensibus sese quum dedidissent eo quo dixi modo, ad Marathonem tunc auxilio venerunt.

109. Erant autem in Atheniensium ducibus ancipites sententiæ, aliis vetantibus fieri prœlium: paucos enim se esse, ut cum Medis confligerent; aliis, quorum erat Miltiades, ad pugnandum hortantibus. Itaque quum separarentur, et deterior sententia vinceret, ibi Miltiades Callimachum Aphidnæum adiit, tunc forte polemarchum, *belli principem*: qui magistratus per

σι στρατηγοῖσι· ἦν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμαχος Ἀφιδναῖος· πρὸς τοῦτον ἐλθὼν Μιλτιάδης, ἔλεγε τάδε, "Ἐν σοὶ νῦν, Καλλίμαχε, ἐστι ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ "ἐλευθέρας ποιήσαντα, μνημόσυνον λιπέσθαι "ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον, οἷα οὐδὲ "Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων λείπουσι. "νῦν γὰρ δὴ ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, ἐς "κίνδυνον ἥκουσι μέγιστον· καὶ ἢν μέν γε "ὑποκύψωσι τοῖσι Μήδοισι, δέδοκται τὰ "πείσονται παραδεδομένοι Ἱππίῃ· ἢν δὲ πε"ριγένηται αὕτη ἡ πόλις, οἵη τέ ἐστι πρώτη "τῶν Ἑλληνίδων πολίων γενέσθαι. κῶς ὦν δὴ "ταῦτα οἷά τε ἐστι γενέσθαι, καί κῶς ἐς σε "τι τουτέων ἀνήκει τῶν πρηγμάτων τὸ κῦρος "ἔχειν, νῦν ἔρχομαι φράσων. ἡμέων τῶν

---

fabæ sortitionem electus in ferendo suffragio undecimus est: nam quondam Athenienses vi sententiæ parem ducibus faciebant polemarchum. Ad hunc Miltiades, In te, inquit, nunc, Callimache, situm est, utrum in servitutem Athenæ redigantur, an tu eas liberando memoriam tui in omne ævum relinquas, qualem ne Harmodius quidem atque Aristogiton reliquerunt. Nam Athenienses nunc in maximum omnium ex quo fuerunt veniunt discrimen: qui si Medis succumbant, palam est quæ passuri sint, traditi Hippiæ: sin autem superent, poterit hæc civitas urbium Græciæ effici prima. Quo autem pacto hæc fieri possint, et, quomodo ad te harum rerum arbitrium

" στρατηγῶν ἐόντων δέκα, δίχα γίνονται αἱ
" γνῶμαι, τῶν μὲν, κελευόντων συμβαλέειν,
" τῶν δὲ, οὐ συμβαλέειν. ἢν μέν νυν μὴ συμ-
" βάλωμεν, ἔλπομαί τινα στάσιν μεγάλην
" ἐμπεσοῦσαν διασείσειν τὰ Ἀθηναίων φρο-
" νήματα, ὥστε μηδίσαι· ἢν δὲ συμβάλωμεν
" πρίν τι καὶ σαθρὸν Ἀθηναίων μετεξετέροισι
" ἐγγενέσθαι, θεῶν τὰ ἶσα νεμόντων, οἷοί τε
" εἰμὲν περιγενέσθαι τῇ συμβολῇ. ταῦτα ὦν
" πάντα ἐς σε νῦν τείνει, καὶ ἐκ σέο ἄρτηται·
" ἢν γὰρ σὺ γνώμῃ τῇ ἐμῇ προσθῇ, ἐστί τοι
" πατρίς τε ἐλευθέρη, καὶ πόλις πρώτη τῶν
" ἐν τῇ Ἑλλάδι· ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων
" τὴν συμβουλὴν ἕλῃ, ὑπάρξει τοι τῶν ἐγὼ κα-
" τέλεξα ἀγαθῶν τὰ ἐναντία."

ρι'. Ταῦτα λέγων ὁ Μιλτιάδης, προσκτᾶ-

---

redeat, nunc exponam. Nostræ, qui duces sumus numero decem, divisæ sunt sententiæ de prœlio committendo: aliis id suadentibus, aliis dissuadentibus. Qui nisi prœlium committimus, vereor ne magna existat seditio, quæ mentes civium sollicitet ad sentiendum cum Medis: sin pugnamus antequam aliquid putre in nonnullis Atheniensium existat, possumus diis æquis cum victoria discedere. Hæc omnia ad te tendunt, et abs te dependent: qui si meæ sententiæ accesseris, est et tibi patria libera, et civitas Græcarum omnium princeps: sin accesseris consilio dissuadentium pugnam, eorum quæ recensui bonorum tibi contraria existent.

110. Hæc dicens Miltiades

ται τὸν Καλλίμαχον. προσγενομένης δὲ τοῦ πολεμάρχου τῆς γνώμης, ἐκεκύρωτο συμβάλλειν. μετὰ δὲ, οἱ στρατηγοὶ, τῶν ἡ γνώμη ἐφέρετο συμβάλλειν, ὡς ἑκάστου αὐτέων ἐγίνετο πρυτανηΐη τῆς ἡμέρης, Μιλτιάδῃ παρεδίδοσαν· ὁ δὲ, δεκόμενος, οὔτι κω συμβολὴν ἐποιέετο, πρίν γε δὴ αὐτοῦ πρυτανηΐη ἐγένετο.

ρια΄. Ὡς δὲ ἐς ἐκεῖνον περιῆλθε, ἐνθαῦτα δὴ ἐτάσσοντο ὧδε Ἀθηναῖοι ὡς συμβαλέοντες. τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· ὁ γὰρ νόμος τότε εἶχε οὕτω τοῖσι Ἀθηναίοισι, τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν. ἡγεομένου δὲ τούτου, ἐξεδέκοντο ὡς ἀριθμέοντο αἱ φυλαὶ, ἐχόμεναι ἀλληλέων· τελευταῖοι δὲ ἐτάσσοντο, ἔχοντες τὸ εὐώνυμον

Callimachum induxit. Ita accedente sententia polemarchi, obtentum est, ut confligeretur. Post hæc ii duces, quorum sententia de confligendo fuerat, ut cujusque dies imperitandi venerat, vicem suam Miltiadi dabant: quam ille accipiens, non tamen prius decertandum putavit, quam sua dies imperii advenit.

111. Itaque ubi vices ejus fuere, tunc Athenienses hunc in modum instructi sunt ad confligendum: Dextro cornu præerat Callimachus polemarchus: ita enim lex apud Athenienses tunc postulabat, ut polemarchus dextrum cornu teneret. Hoc duce sequebantur deinceps ceteræ tribus, ut quæque ordine erat, junctim cohærentes. Novissimi

κέρας, Πλαταιέες· ἀπὸ ταύτης γάρ σφι τῆς μάχης, θυσίας Ἀθηναίων ἀναγόντων ἐς πανηγύριας τὰς ἐν τῇσι πεντετηρίσι γινομένας, κατεύχεται ὁ κῆρυξ ὁ Ἀθηναῖος, ἅμα τε Ἀθηναίοισι λέγων γίνεσθαι ἀγαθὰ καὶ Πλαταιεῦσι. τότε δὲ τασσομένων τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ Μαραθῶνι, ἐγίνετο τοιόνδε τι· τὸ στρατόπεδον ἐξισούμενον τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ, τὸ μὲν αὐτοῦ μέσον ἐγίνετο ἐπὶ τάξιας ὀλίγας· καὶ ταύτῃ ἦν ἀσθενέστατον τὸ στρατόπεδον· τὸ δὲ κέρας ἑκάτερον ἔῤῥωτο πλήθεϊ.

ριϐ'. Ὡς δέ σφι διετέτακτο, καὶ τὰ σφάγια ἐγίνετο καλὰ, ἐνθαῦτα ὡς ἀπείθησαν οἱ Ἀθηναῖοι, δρόμῳ ἵεντο ἐς τοὺς βαρϐάρους. ἦσαν δὲ στάδιοι οὐκ ἐλάσσονες τὸ μεταίχμιον αὐτέων, ἢ ὀκτώ. οἱ δὲ Πέρσαι, ὁρέωντες δρόμῳ

---

autem sunt collocati Platæenses, sinistrum cornu tenentes. Quo factum est, ut ab hujus pugnæ tempore, quoties Athenienses offerunt hostias apud sacros populorum conventus, qui quinto quoque anno fiunt, Atheniensis præco precetur bona Atheniensibus pariter et Platæensibus. Igitur Atheniensium acie tunc apud Marathonem instructa exstabat tale quid. Acies æquata aciei Medicæ in medio paucis constabat ordinibus, ideoque illic maxime debilis acies; utroque autem in cornu per multitudinem validior.

112. Posteaquam vero structa est, ac sacrificium litavit, Athenienses ubi fuerunt emissi, cursu in barbaros tendunt: erat autem inter utramque aciem non minus octo stadiorum intercapedinis. Quos cursu ferri in

ἐπιόντας, παρεσκευάζοντο ὡς δεξόμενοι· μανίην τε τοῖσι Ἀθηναίοισι ἐπέφερον, καὶ πάγχυ ὀλεθρίην, ὁρέωντες αὐτοὺς ὀλίγους, καὶ τούτους δρόμῳ ἐπειγομένους, οὔτε ἵππου ὑπαρχούσης σφι, οὔτε τοξευμάτων. ταῦτα μέν νυν οἱ βάρβαροι κατείκαζον. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπεί τε ἀθρόοι προσέμιξαν τοῖσι βαρβάροισι, ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. πρῶτοι μὲν γὰρ Ἑλλήνων πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, δρόμῳ ἐς πολεμίους ἐχρήσαντο, πρῶτοι δὲ ἀνέσχοντο ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ὁρέωντες, καὶ τοὺς ἄνδρας ταύτην ἐσθημένους· τέως δὲ ἦν τοῖσι Ἕλλησι καὶ τὸ οὔνομα τὸ Μήδων φόβος ἀκοῦσαι.

ριγ΄. Μαχομένων δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι, χρόνος ἐγένετο πολλός. καὶ τὸ μὲν μέσον τοῦ στρατοπέδου ἐνίκων οἱ βάρβαροι, τῇ Πέρσαι

---

se videntes Persæ, aptabant se tanquam illos excepturi: insaniæ eorum dantes et perniciem omnium prædicentes inde, quod cernerent eos cursu tendere, quum pauci essent, et nec equitatu nec sagittis freti. Hoc ita barbari auspicabantur: at vero Athenienses, posteaqnam conferti admixti sunt barbaris, pugnam memoratu dignam edebant. Quippe primi omnium Græcorum, quos ipsi novimus, cursu in hostem usi sunt; ac primi sustinuerunt cernere Medicam vestem et viros ea indutos: quum antehac vel audire nomen Medorum Græcis terror fuisset.

113. In Marathone quum diu pugnatum esset, barbari circa mediam aciem vincebant, ubi Persæ stabant et Sacæ; ibi ergo vincentes barbari eamque

τε αὐτοὶ καὶ Σάκαι ἐτετάχατο· κατὰ τοῦτο μὲν δὴ ἐνίκων οἱ βάρβαροι, καὶ ῥήξαντες, ἐδίωκον ἐς τὴν μεσόγαιαν· τὸ δὲ κέρας ἑκάτερον ἐνίκων Ἀθηναῖοί τε καὶ Πλαταιέες. νικῶντες δὲ, τὸ μὲν τετραμμένον τῶν βαρβάρων φεύγειν ἔων· τοῖσι δὲ τὸ μέσον ῥήξασι αὐτέων, συναγαγόντες τὰ κέρεα ἀμφότερα, ἐμάχοντο, καὶ ἐνικων Ἀθηναῖοι. φεύγουσι δὲ τοῖσι Πέρσησι εἵποντο κόπτοντες, ἐς ὃ ἐς τὴν θάλασσαν ἀπικόμενοι, πῦρ τε αἴτεον, καὶ ἐπελαμβάνοντο τῶν νεῶν.

ριδ΄. Καὶ τοῦτο μὲν, ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός· ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασύλεω· τοῦτο δὲ, Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος, ἐνθαῦτα ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηὸς, τὴν χεῖρα ἀποκοπεὶς πελέκεϊ,

---

perrumpentes, hostem in mediterranea persequebantur: at in utroque cornu vincentes Athenienses Platæensesque, barbaris, qui terga dederant, fugam liberam dantes, contraxerunt utraque cornua, et cum iis, qui mediam ipsorum aciem perfregerant, dimicantes, quum superassent, fugientes Persas urgebant cædebantque, donec ad mare pervenientes, petito igne naves corripuere.

114. Quo in certamine Callimachus polemarchus interficitur, egregia navata opera. Occubuit quoque e ducibus Stesileus Thrasyli, et Cynægirus Euphorionis filius, qui illic aplustre navis apprehendens, abscissa manu se-

πίπτει· τοῦτο δὲ, ἄλλοι Ἀθηναίων πολλοί τε καὶ ὀνομαστοί.

ριέ. Ἑπτὰ μὲν δὴ τῶν νεῶν ἐπεκράτησαν τρόπῳ τοιούτῳ Ἀθηναῖοι. τῇσι δὲ λοιπῇσι οἱ βάρβαροι ἐξανακρουσάμενοι, καὶ ἀναλαβόντες ἐκ τῆς νήσου, ἐν τῇ ἔλιπον, τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀνδράποδα, περιέπλωον Σούνιον, βουλόμενοι φθῆναι τοὺς Ἀθηναίους ἀπικόμενοι ἐς τὸ ἄστυ. αἰτίη δὲ ἔσχε ἐν Ἀθηναίοισι ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς αὐτοὺς ταῦτα ἐπινοηθῆναι· τούτους γὰρ συνθεμένους τοῖσι Πέρσῃσι ἀναδέξαι ἀσπίδα, ἐοῦσι ἤδη ἐν τῇσι νηυσί.

ρις΄. Οὗτοι μὲν δὴ περιέπλωον Σούνιον. Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ποδῶν εἶχον, τάχιστα ἐβοήθεον ἐς τὸ ἄστυ· καὶ ἔφθησάν τε ἀπικόμενοι, πρὶν ἢ τοὺς βαρβάρους ἥκειν, καὶ ἐστρατοπε-

---

curi cecidit: nec non alii Athenienses multi et clari.

115. Ac septem quidem naves obtinuerunt Athenienses hoc modo: navibus ceteris barbari inhibuerunt, receptaque præda Eretriensi ex insula ubi reliquerant, circumvecti sunt Sunium, animo prævertendi Athenienses, ut in ipsam urbem venirent; quod consilium eos excogitavisse apud Athenienses in crimen conjecit Alcmæonidas ex eo, quod ex composito Persis jam in naves redactis scutum ostenderint.

116. Dum illi Sunium circumvehuntur, Athenienses e vestigio abeuntes celerrime ad ferendam urbi opem properarunt, barbarosque eodem tendentes præverterunt: progressi-

δεύσαντο ἀπιγμένοι ἐξ Ἡρακληΐου τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἐν ἄλλῳ Ἡρακληΐῳ τῷ ἐν Κυνοσάργεϊ. οἱ δὲ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες Φαλήρου, τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίνειον τότε τῶν Ἀθηναίων, ὑπὲρ τούτου ἀνακωχεύσαντες τὰς νῆας, ἀπέπλωον ὀπίσω ἐς τὴν Ἀσίην.

ριζ'. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐν Μαραθῶνι μάχῃ ἀπέθανον τῶν βαρβάρων κατὰ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας· Ἀθηναίων δὲ, ἑκατὸν ἐννενήκοντα καὶ δύο. ἔπεσον μὲν ἀμφοτέρων τοσοῦτοι· συνήνεικε δὲ αὐτόθι θῶϋμα τοιόνδε γενέσθαι. Ἀθηναῖον ἄνδρα Ἐπίζηλον τὸν Κουφαγόρεω ἐν τῇ συστάσει μαχόμενόν τε, καὶ ἄνδρα γινόμενον ἀγαθὸν, τῶν ὀμμάτων στερηθῆναι, οὔτε πληγέντα οὐδὲν τοῦ σώμα-

---

que ex Herculis templo, quod est in Marathone, in aliud Herculis fanum, quod est in Cynosargi, castra posuerunt. Barbari, quum classe Phalerum superassent, hic enim Atheniensium navale tunc erat, super eum locum ad ancoras suspensis navibus morati, rursus in Asiam abierunt.

117. Quorum in hac pugna apud Marathonem pugnata occubuere circiter sex millia et quadringenti: Atheniensium vero, centum nonaginta duo: tot ex utrisque cecidere. In qua pugna hæc res mira contigit, ut Atheniensis quidam Epizelus Cuphagoræ filius, dum stans in acie pugnat strenue, luminibus caperetur, neque saucius ulla parte corporis, neque eminus ictus;

τος, οὔτε βληθέντα· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ζόης διατελέειν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἐόντα τυφλόν. λέγειν δὲ αὐτὸν ἤκουσα περὶ τοῦ πάθεος τοιόνδέ τινα λόγον· ἄνδρα οἱ δοκέειν ὁπλίτην ἀντιστῆναι μέγαν, τοῦ τὸ γένειον τὴν ἀσπίδα πᾶσαν σκιάζειν· τὸ δὲ φάσμα τοῦτο ἑωϋτὸν μὲν παρεξελθεῖν, τὸν δὲ ἑωϋτοῦ παραστάτην ἀποκτεῖναι. ταῦτα μὲν δὴ Ἐπίζηλον ἐπυθόμην λέγειν.

ριή. Δᾶτις δὲ πορευόμενος ἅμα τῷ στρατῷ ἐς τὴν Ἀσίην, ἐπεί τε ἐγένετο ἐν Μυκόνῳ, εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ· καὶ ἥτις μὲν ἦν ἡ ὄψις, οὐ λέγεται· ὁ δὲ, ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐπέλαμψε, ζήτησιν ἐποιέετο τῶν νεῶν. εὑρὼν δὲ ἐν Φοινίσσῃ νηῒ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κεχρυσωμένον, ἐπυνθάνετο ὁκόθεν σεσυλημένον εἴη· πυ-

---

atque ita cæcus in reliquum vitæ tempus permanserit. Quem audivi dicere solitum de sua clade, visum sibi esse obsistere virum armatum, procero corpore, cujus barba omnem clypeum inumbraret: et hoc spectrum præter ipsum quidem ivisse, sed illum qui sibi assisteret occidisse. Hæc Epizelum solitum commemorare audivi.

118. Porro Datis in Asiam cum classe rediens, ubi Myconum tenuit, vidit in somnis visum: id tamen quod fuerit, non traditur: sed ubi primum dies illuxit, naves rimatus est; compertoque in navi Phœnissa simulacro Apollinis inaurato, sciscitatus est, unde sublatum esset: et ubi audivit ex quo templo foret, navigans sua navi

θόμενος δὲ ἐξ οὗ ἦν ἱροῦ, ἔπλεε τῇ ἑωϋτοῦ νηῒ ἐς Δῆλον· καὶ, ἀπίκατο γὰρ τηνικαῦτα οἱ Δήλιοι ὀπίσω ἐς τὴν νῆσον, κατατίθεταί τε ἐς τὸ ἱρὸν τὸ ἄγαλμα, καὶ ἐντέλλεται τοῖσι Δηλίοισι ἀπαγαγεῖν τὸ ἄγαλμα ἐς Δήλιον τὸ Θηβαίων· τὸ δ' ἐστι ἐπὶ θαλάσσῃ, Χαλκίδος καταντίον. Δᾶτις μὲν δὴ ταῦτα ἐντειλάμενος ἀπέπλεε. τὸν δὲ ἀνδριάντα τοῦτον Δήλιοι οὐκ ἀπήγαγον, ἀλλά μιν δὶ ἐτέων εἴκοσι Θηβαῖοι αὐτοὶ ἐκ θεοπροπίου ἐκομίσαντο ἐπὶ Δήλιον.

ριθ'. Τοὺς δὲ τῶν Ἐρετριέων ἀνδραποδισμένους Δᾶτίς τε καὶ Ἀρταφέρνης, ὡς προσέσχον ἐς τὴν Ἀσίην πλέοντες, ἀνήγαγον ἐς Σοῦσα. βασιλεὺς δὲ Δαρεῖος, πρὶν μὲν αἰχμαλώτους γενέσθαι τοὺς Ἐρετριέας, ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον, οἷα ἀρξάντων ἀδικίης προ-

---

Delum, jam enim Delii in insulam redierant, ibi simulacrum in templo deposuit, præcepitque Deliis, ut illud in Delium Thebanorum referrent, quod est ad mare e regione Chalcidis. Hoc ubi præcepit Datis, vela illinc fecit. Delii tamen hanc statuam non reportaverunt, sed vicesimo post anno eam Thebani ex oraculo in Delium tulerunt.

119. Datis autem et Artaphernes, posteaquam in Asiam navigavere, captivos Eretrienses Susa perduxere: quos Darius rex, etsi in eos ante captivitatem bilem contraxerat acerbam, quod priores cœpissent injuste agere, tamen ut in conspectum

τέρων τῶν Ἐρετριέων· ἐπεί τε δὲ εἶδέ σφεας ἀπαχθέντας παρ᾽ ἑωϋτὸν, καὶ ὑποχειρίους ἑωϋτῷ ἐόντας, ἐποίησε κακὸν ἄλλο οὐδὲν, ἀλλά σφεας τῆς Κισσίης χώρης κατοίκισε ἐν σταθμῷ ἑωϋτοῦ, τῷ οὔνομά ἐστι Ἀρδέρικκα· ἀπὸ μὲν Σούσων δέκα καὶ διηκοσίους σταδίους ἀπέχοντι, τεσσεράκοντα δὲ ἀπὸ τοῦ φρέατος, τὸ παρέχεται τριφασίας ἰδέας· καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρύσονται ἐξ αὐτοῦ τρόπῳ τοιῷδε. ἀντλέεται μὲν κηλωνηΐῳ, ἀντὶ δὲ γαυλοῦ, ἥμισυ ἀσκοῦ οἱ προσδέδεται· ὑποτύψας δὲ τούτῳ, ἀντλέει καὶ ἔπειτα ἐγχέει ἐς δεξαμενήν· ἐκ δὲ ταύτης ἐς ἄλλο διαχεόμενον, τρέπεται τριφασίας ὁδούς. καὶ ἡ μὲν ἄσφαλτος, καὶ οἱ ἅλες πήγνυνται παραυτίκα, τὸ δὲ ἔλαιον συνάγουσι ἐν ἀγγείοις, τὸ οἱ Πέρσαι καλέουσι ῥαδινάκην·

---

suum abductos vidit ac sibi subjectos, nullo alio malo affecit, sed in suo Cissiæ regionis stathmo collocavit, cui nomen est Ardericca: ducentis ac decem stadiis procul a Susis quadraginta a puteo qui exhibet triplices rerum species: nam ex eo bitumen et sales et oleum hauriunt, ad hunc modum. Hauritur quidem tollenone; pro situla autem, dimidiatus uter ei est alligatus: quo in puteum decusso hauritur, et mox in cisternam diffunditur, atque hinc alio effusum, triplici varietate concrescit: bitumen quidem et sales protinus; oleum autem, quod Persæ rhadinacen appellant, in vasa colligunt: est autem atrum

ἔστι δὲ μέλαν, καὶ ὀδμὴν παρεχόμενον βαρέαν. ἐνθαῦτα τοὺς Ἐρετριέας κατοίκισε βασιλεὺς Δαρεῖος, οἳ καὶ μέχρι ἐμέο εἶχον τὴν χώρην ταύτην, φυλάσσοντες τὴν ἀρχαίην γλῶσσαν. τὰ μὲν δὴ περὶ Ἐρετριέας ἔσχε οὕτω.

ρκ΄. Λακεδαιμονίων δὲ ἧκον ἐς τὰς Ἀθήνας δισχίλιοι μετὰ τὴν πανσέληνον, ἔχοντες σπουδὴν πολλὴν καταλαβεῖν οὕτω, ὥστε τριταῖοι ἐκ Σπάρτης ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὕστεροι δὲ ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς, ἱμείροντο ὅμως θεήσασθαι τοὺς Μήδους· ἐλθόντες δὲ ἐς τὸν Μαραθῶνα, ἐθεήσαντο. μετὰ δὲ αἰνέσαντες Ἀθηναίους, καὶ τὸ ἔργον αὐτέων, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω.

ρκα΄. Θῶυμα δέ μοι, καὶ οὐκ ἐνδέκομαι τὸν λόγον, Ἀλκμαιωνίδας ἄν κοτε ἀναδέξαι

---

ac graviter olens. Hoc loco rex Darius locavit Eretrienses quem ad meam usque memoriam tenuere, servantes pristinam linguam. Quod ad Eretrienses attinet, ita habet.

120. Ceterum post plenilunium duo millia Lacedæmoniorum Athenas venerunt, tanta festinatione adipiscendi hostem, ut triduo quam ex Sparta discessere, in Atticam pervenerint: et licet serius post pugnam venissent, tamen intuendi Medos cupidi ad illos intuendos in Marathonem perrexerunt. Deinde laudatis Atheniensibus et eorum facinore, rursus redierunt.

121. Tenet autem admiratio me, nec rationem inire possum, Alcmæonidas unquam Persis ex composito ostentasse clypeum,

Πέρσῃσι ἐκ συνθήματος ἀσπίδα, βουλομένους ὑπὸ βαρβάροισί τε εἶναι Ἀθηναίους καὶ ὑπὸ Ἱππίῃ· οἵτινες μᾶλλον ἢ ὁμοίως Καλλίῃ τῷ Φαινίππου, Ἱππονίκου δὲ πατρὶ, φαίνονται μισοτύραννοι ἐόντες. Καλλίης τε γὰρ μοῦνος Ἀθηναίων ἁπάντων ἐτόλμα, ὅκως Πεισίστρατος ἐκπέσοι ἐκ τῶν Ἀθηνέων, τὰ χρήματα αὐτοῦ κηρυσσόμενα ὑπὸ τοῦ δημοσίου ὠνέεσθαι, καὶ τἄλλα τὰ ἔχθιστα ἐς αὐτὸν πάντα ἐμηχανᾶτο.

ρκβ'. Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον πολλαχοῦ μνήμην ἐστὶ πάντα τινὰ ἔχειν. τοῦτο μὲν γὰρ, τὰ προλελεγμένα, ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐλευθερῶν τὴν πατρίδα· τοῦτο δὲ, τὰ ἐν Ὀλυμπίῃ ἐποίησε, ἵππῳ νικήσας· τεθρίππῳ δὲ, δεύτερος γενόμενος. Πύθια δὲ πρότερον ἀνελόμενος,

---

quod vellent Athenienses barbaris atque Hippiæ subesse: quippe quos constat vehementiore aut simili odio in tyrannos fuisse, quam fuit Callias Phænippi, pater Hipponici: nam Callias cum alia omnia in Pisistratum inimicissime commentus est, tum vero solus Atheniensium omnium, illius Athenis ejecti quum publice sub præcone venderentur bona, emere ausus est.

122. Cujus Calliæ mentionem crebro plerique omnes habere debent cum ob ea quæ dicta sunt, ut viri summopere patriam liberantis, tum ob hæc quæ in Olympia fecit: nam et in equorum cursu palmam obtinuit et in quadrigario fuit secundus: et in ludis Pythiis

ἐφανερώθη ἐς τοὺς Ἕλληνας πάντας μεγίστησι δαπάνῃσι· τοῦτο δὲ, κατὰ τὰς ἑωϋτοῦ θυγατέρας, ἐούσας τρεῖς, οἷός τις ἀνὴρ ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ ἐγένοντο γάμου ὡραῖαι, ἔδωκέ σφι δωρεὴν μεγαλοπρεπεστάτην, ἐκείνῃσί τε ἐχαρίσατο· ἐκ γὰρ πάντων τῶν Ἀθηναίων τὸν ἑκάστη ἐθέλοι ἄνδρα ἑωϋτῇ ἐκλέξασθαι, ἔδωκε τούτῳ τῷ ἀνδρί.

ρκγ΄. Καὶ οἱ Ἀλκμαιωνίδαι ὁμοίως, ἢ οὐδὲν ἧσσον τούτου ἔσαν μισοτύραννοι. θῶϋμα ὦν μοι, καὶ οὐ προσίεμαι τὴν διαβολὴν, τούτους γε ἀναδέξαι ἀσπίδα, οἵτινες ἔφευγόν τε τὸν πάντα χρόνον τοὺς τυράννους, ἐκ μηχανῆς τε τῆς τούτων ἐξέλιπον οἱ Πεισιστρατίδαι τὴν τυραννίδα. καὶ οὕτω τὰς Ἀθήνας οὗτοι ἔσαν οἱ ἐλευθερώσαντες πολλῷ μᾶλλον ἤπερ Ἁρ-

---

quum primas obtinuisset, in universos Græcos sumptuosissimus extitit: tum ob id quod talem se in filias suas quæ tres fuerunt, exhibuit: nam posteaquam nubiles extitere, eis magnificentissimum munus dedit et gratificatus est, ut quem sibi unaquæque vellet ex omnibus Atheniensibus, eum deligeret: atque ita eam illi nuptum dedit.

123. At Alcmæonidæ aut perinde aut nihil minus quam Callias, perosi tyrannos fuere. Quo major me admiratio subit, minusque admitto criminationem, eos clypeum Persis ostentasse, qui per omne tempus tyrannidis in exilio vixerunt, et quorum astutia Pisistratidæ tyrannidem dereliquerunt: atque ita multo magis Athenarum libera-

μόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων, ὡς ἐγὼ κρίνω. οἱ μὲν γὰρ ἐξηγρίωσαν τοὺς λοιποὺς Πεισιστρατιδέων ἀποκτείναντες, οὐδέ τι μᾶλλον ἔπαυσαν τοὺς λοιποὺς τυραννεύοντας. Ἀλκμαιωνίδαι δὲ ἐμφανέως ἐλευθέρωσαν, εἰ δὴ οὗτοί γε ἀληθέως ἔσαν οἱ τὴν Πυθίην ἀναπείσαντες προσημαίνειν Λακεδαιμονίοισι ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας, ὥς μοι πρότερον δεδήλωται.

ρκδ'. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως τι ἐπιμεμφόμενοι τῶν Ἀθηναίων τῷ δήμῳ προεδίδοσαν τὴν πατρίδα; οὐ μὲν ὦν ἦσάν σφεων ἄλλοι δοκιμώτεροι ἔν γε Ἀθηναίοισι ἄνδρες, οὐδ' οἳ μᾶλλον ἐτετιμέατο. οὕτω οὐδὲ λόγος αἱρέει ἀναδεχθῆναι ἔκ γε ἂν τούτων ἀσπίδα ἐπὶ τοιούτῳ λόγῳ. ἀνεδέχθη μὲν γὰρ ἀσπίς· καὶ τοῦτο οὐκ ἔστι ἄλλως εἰπεῖν· ἐγένετο γάρ. ὃς μὲν

---

tores extiterunt illi meo judicio, quam Harmodius et Aristogiton. Illi enim Hipparcho interempto, non tam ceteros Pisistratidas ab affectanda tyrannide represserunt, quam asperaverunt: Alcmæonidæ autem ex aperto Athenas liberaverunt, si modo ipsi fuere qui Pythiæ persuasere, ut imperaret Lacedæmoniis Athenas liberare, quemadmodum superius a me commemoratum est.

124. At enim propter aliquam causam forsitan succensentes Atheniensi populo patriam prodiderunt? Imo nulli erant viri illustriores eis inter Athenienses, neque qui magis essent honorati. Ita neque ratio probat clypeum ab his esse ostensum ob talem causam. Nam

τοι ἦν ὁ ἀναδέξας, οὐκ ἔχω προσωτέρω εἰπεῖν τουτέων.

ρκε΄. Οἱ δὲ Ἀλκμαιωνίδαι ἔσαν μὲν καὶ τὰ ἀνέκαθεν λαμπροὶ ἐν τῇσι Ἀθήνῃσι, ἀπὸ δὲ Ἀλκμαίωνος καὶ αὖτις Μεγακλέος ἐγένοντο καὶ κάρτα λαμπροί. τοῦτο μὲν γὰρ, Ἀλκμαίων ὁ Μεγακλέος τοῖσι ἐκ Σαρδίων Λυδοῖσι παρὰ Κροίσου ἀπικομένοισι ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι, συμπρήκτωρ τε ἐγίνετο καὶ συνελάμβανε προθύμως. καί μιν Κροῖσος πυθόμενος τῶν Λυδῶν τῶν ἐς τὰ χρηστήρια φοιτεόντων ἑωϋτὸν εὖ ποιέειν, μεταπέμπεται ἐς Σάρδις· ἀπικόμενον δὲ δωρέεται χρυσῷ, τὸν ἂν δύνηται τῷ ἑωϋτοῦ σώματι ἐξενείκασθαι ἐσάπαξ. ὁ δὲ Ἀλκμαίων πρὸς τὴν δωρεὴν ἐοῦσαν τοιαύτην τοιάδε ἐπιτηδεύ-

---

certe ostensus fuit clypeus, idque non licet aliter dicere: factum est enim: sed quis tamen ostenderit, nequeo ulterius dicere, quam dixi.

125. Quamquam Alcmæonidæ jampridem extiterant Athenis clari sane: sed ab Alcmæone atque etiam Megacle extiterunt omnino splendidissimi. Etenim Alcmæon Megaclis filius, iis Lydis, qui Sardibus a Crœso Delphos ad oraculum ierant, administrum se præbuit, eosque comiter accepit. Cujus erga se beneficentiam Crœsus a Lydis ad oracula euntibus quum audisset, hominem Sardes arcessivit, et ubi advenit, eum donavit tanto auro quantum semel corpore suo efferre posset. Ad istam doni conditionem Alc-

σας, προσέφερε. ἐνδὺς κιθῶνα μέγαν, καὶ κόλπον πολὺν καταλιπόμενος τοῦ κιθῶνος, κοθόρνους τοὺς εὕρισκε εὐρυτάτους ἐόντας ὑποδησάμενος, ἤϊε ἐς τὸν θησαυρὸν ἐς τόν οἱ κατηγέοντο. ἐσπεσὼν δὲ ἐς σωρὸν ψύγματος, πρῶτον μεν παρέσαξε παρὰ τὰς κνήμας τοῦ χρυσοῦ ὅσον ἐχώρεον οἱ κόθορνοι· μετὰ δὲ, τὸν κόλπον πάντα πλησάμενος χρυσοῦ, καὶ ἐς τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς διαπάσας τοῦ ψήγματος, καὶ ἄλλο λαβὼν ἐς τὸ στόμα, ἐξήϊε ἐκ τοῦ θησαυροῦ, ἕλκων μὲν μόγις τοὺς κοθόρνους, παντὶ δὲ τεῳ οἰκὼς μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ· τοῦ τό, τε στόμα ἐβέβυστο, καὶ πάντα ἐξώγκωτο. ἰδόντα δὲ τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε· καί οἱ πάντα τε ἐκεῖνα διδοῖ, καὶ πρὸς, ἕτερα δωρέεται, οὐκ ἐλάσσω ἐκείνων. οὕτω μὲν ἐπλούτησε ἡ οἰκίη αὕτη με-

---

mæon hanc astutiam attulit: pergrandem tunicam amictus, ingenti in ea sinu relicto, cothurnisque quos latissimos reperit calceatus, ad thesaurum perrexit, ad quem illi ducebant. Ibi in acervum ramentorum procumbens, primum quidem præter tibias, quantum auri capiebant cothurni, infersit: deinde omnem sinum implens atque etiam crines ramentis perspargens, et parte in os desumpta, e thesauro processit, ægre trahens cothurnos, cuivis alteri rei quam homini similior: cujus et os turgidum erat, et omnia exporrecta. Id cernens Crœsus, in cachinnumque erumpens, ea omnia illi donavit: nec minora his alia dona dedit. Ita domus hæc vehementer locupletata est, et

γάλως· καὶ ὁ Ἀλκμαίων οὗτος οὕτω τεθριπποτροφήσας, Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται.

ρκς΄. Μετὰ δὲ, γενεῇ δευτέρῃ ὕστερον, Κλεισθένης μιν ὁ Σικυώνιος τύραννος ἐξήειρε, ὥστε πολλῷ ὀνομαστοτέρην γενέσθαι ἐν τοῖσι Ἕλλησι ἢ πρότερον ἦν. Κλεισθένεϊ γὰρ τῷ Ἀριστωνύμου τοῦ Μύρωνος τοῦ Ἀνδρέω, γίνεται θυγάτηρ τῇ οὔνομα ἦν Ἀγαρίστη. ταύτην ἠθέλησε, Ἑλλήνων πάντων ἐξευρὼν τὸν ἄριστον, τούτῳ γυναῖκα προσθεῖναι. Ὀλυμπίων ὦν ἐόντων, καὶ νικῶν ἐν αὐτοῖσι τεθρίππῳ ὁ Κλεισθένης, κήρυγμα ἐποιήσατο, ὅστις Ἑλλήνων ἑωϋτὸν ἀξιοῖ Κλεισθένεος γαμβρὸν γενέσθαι, ἥκειν ἐς ἑξηκοστὴν ἡμέρην, ἢ καὶ πρότερον, ἐς Σικυῶνα, ὡς κυρώσοντος Κλεισθένεος τὸν γάμον ἐν ἐνιαυτῷ, ἀπὸ τῆς ἑξηκοστῆς ἀρ-

---

sic Alcmæon iste quadrijugos equos alens, vicit Olympia.

126. Sed eam deinde secunda ætate Clisthenes Sicyonius tyrannus extulit, ut multo magis quam prius inter Græcos celebris extiterit. Erat enim Clistheni Aristonymi filio, Myronis nepoti, Andrei pronepoti, filia nomine Agarista: quam pater destinabat nuptum dare ei quem præstantissimum Græcorum omnium comperisset. Quum igitur ludi Olympiaci celebrarentur, et eis Clisthenes curriculo quadrigæ victor extitisset, exclamari jussit voce præconis, ut quisquis sese dignum putaret, qui Clisthenis gener esset, is ad sexagesimum diem aut prius, Sicyone præsto foret, quod Clisthenes intra annum a sexagesimo die incipiens, exequi nuptias destinasset. Ita-

ξαμένου ἡμέρης. ἐνθαῦτα Ἑλλήνων ὅσοι σφίσι τε αὐτοῖσι ἔσαν καὶ πάτρῃ ἐξωγκωμένοι, ἐφοίτεον μνηστῆρες· τοῖσι Κλεισθένης καὶ δρόμον καὶ παλαίστρην ποιησάμενος, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ εἶχε.

ρκζ'. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰταλίης ἦλθε Σμινδυρίδης ὁ Ἱπποκράτεος Συβαρίτης, ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἷς ἀνὴρ ἀπίκετο· ἡ δὲ Σύβαρις ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον μάλιστα· καὶ Σιρίτης Δάμασος Ἀμύριος τοῦ σοφοῦ λεγομένου παΐς· οὗτοι μὲν ἀπὸ Ἰταλίης ἦλθον. ἐκ δὲ τοῦ κόλπου τοῦ Ἰονίου, Ἀμφίμνηστος Ἐπιστρόφου Ἐπιδάμνιος· οὗτος δὲ ἐκ τοῦ Ἰονίου κόλπου. Αἰτωλὸς δὲ ἦλθε, Τιτόρμου τοῦ ὑπερφύντος τε Ἕλληνας ἰσχύϊ, καὶ φυγόντος ἀνθρώπους ἐς τὰς ἐσχατιὰς τῆς

---

que Græcorum illi, qui et sua ipsorum et patriæ claritate arrogantes erant, eo proci contenderunt: Quos Clisthenes et spatio currendi et palæstra ad certandum præparata detinebat.

127. Ex Italia illuc se contulit Smindyrides Hippocratis filius Sybarita, qui unus vir in delicias plurimum processerat; florebat autem maxime Sybaris ea tempestate: et Damis Samyris filius, ejus qui sapiens appellabatur Sirites: et hi quidem ab Italia venerunt. Ab Jonio autem sinu Amphimnestus Epistrophi filius Epidamnius. Ætolus vero Males, frater Titormi illius, qui Græcos robore fuerat supergressus, et in extrema Ætoliæ homines fugerat. E Peloponneso autem Leocedes Phi-

Αἰτωλίδος χώρης, τούτου τοῦ Τιτόρμου ἀδελφεὸς Μάλης. ἀπὸ δὲ Πελοποννήσου, Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου παῖς Λεωκήδης· Φείδωνος δὲ τοῦ τὰ μέτρα ποιήσαντος Πελοποννησίοισι, καὶ ὑβρίσαντος μέγιστα δὴ Ἑλλήνων ἁπάντων· ὃς ἐξαναστήσας τοὺς Ἐλείων ἀγωνοθέτας, αὐτὸς τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα ἔθηκε· τούτου τε δὴ παῖς, καὶ Ἀμίαντος Λυκούργου Ἀρκὰς ἐκ Τραπεζοῦντος, καὶ Ἀζὴν ἐς Παίου πόλιος Λαφάνης Εὐφορίωνος, τοῦ δεξαμένου τε, ὡς λόγος ἐν Ἀρκαδίῃ λέγεται, τοὺς Διοσκούρους οἰκίοισι, καὶ ἀπὸ τούτου ξεινοδοκέοντος πάντας ἀνθρώπους, καὶ Ἠλεῖος Ὀνομαστὸς Ἀγαίου. οὗτοι μὲν δὴ ἐξ αὐτῆς Πελοποννήσου ἦλθον. ἐκ δὲ Ἀθηναίων ἀπίκοντο Μεγακλέης τε ὁ Ἀλκμαίωνος, τούτου τοῦ παρὰ Κροῖσον ἀπικομένου, καὶ ἄλλος Ἱππο-

---

donis Argivorum tyranni filius, ejus inquam Phidonis, qui mensuras Peloponnensibus statuit, longe omnium Græcorum insolentissimus; qui summotis Eliensium agonothetis ipse agonotheta extitit in Olympia: necnon Amiantus Lycurgi filius Arcas, ex Trapezunte: et Laphanes Azenus, ex urbe Pæo, filius Euphorionis ejus, qui ut in Arcadia fertur fama, in domum suam excepit Castorem et Pollucem, et ab eo in omnes homines hospitalis: et Onomastus Agæi filius Eleus. Isti quidem ex ipsa Peloponneso venerunt. Ex Atheniensibus autem, Megacles, Alcmæonis ejus filius, qui ad Crœsum se contulerat: alter, Hippoclides, Tisandri filius, divitiis ac forma inter A-

κλείδης Τισάνδρου, πλούτῳ καὶ εἴδεϊ προφέρων Ἀθηναίων. ἀπὸ δὲ Ἐρετρίης, ἀνθεύσης τοῦτον τὸν χρόνον, Λυσανίης· οὗτος δὲ ἀπ' Εὐβοίης μοῦνος. ἐκ δὲ Θεσσαλίης ἦλθε τῶν Σκοπαδέων Διακτορίδης Κρανώνιος. ἐκ δὲ Μολοσσῶν, Ἄλκων. τοσοῦτοι μὲν ἐγένοντο οἱ μνηστῆρες.

ρκη'. Ἀπικομένων δὲ τουτέων ἐς τὴν προειρημένην ἡμέρην, ὁ Κλεισθένης πρῶτα μὲν τὰς πάτρας αὐτέων ἀνεπύθετο, καὶ γένος ἑκάστου· μετὰ δὲ, κατέχων ἐνιαυτὸν, διεπειρᾶτο αὐτέων τῆς τε ἀνδραγαθίης, καὶ τῆς ὀργῆς, καὶ παιδεύσιός τε καὶ τρόπου, καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ ἰὼν ἐς συνουσίην, καὶ συνάπασι· καὶ ἐς γυμνάσιά τε ἐξαγινέων ὅσοι ἔσαν αὐτέων νεώτεροι, καὶ τό γε μέγιστον ἐν τῇ συνεστίῃ διεπειρᾶτο· ὅσον γὰρ κατεῖχε χρόνον αὐτοὺς, τοῦτον πάντα

---

thenienses præcipuus. Ex Eretria autem, quæ per id tempus florebat, Lysanias: solus hic ab Eubœa. E Thessalia vero a Scopadis Diactorides Cranonius. Ex Molossis autem Alcon. Tot proci fuere.

128. Qui quum ad diem præstitutam adfuissent, Clisthenes ante omnia patrias singulorum familiamque percontatur, deinde eos annum apud se detinens, exploravit unjuscujusque et virilitatem, et mentem, et eruditionem, et mores; nunc cum singulis, nunc cum universis congrediens, et juniores in gymnasia educens: præcipue tamen in convivio experiebatur: quandiu enim eos apud se tenu-

ἐποίεε, καὶ ἅμα ἐξείνιζε μεγαλοπρεπέως. καὶ δή κου μάλιστα τῶν μνηστήρων ἠρέσκοντο οἱ ἀπ' Ἀθηναίων ἀπιγμένοι, καὶ τουτέων μᾶλλον Ἱπποκλείδης ὁ Τισάνδρου, καὶ κατ' ἀνδραγαθίην ἐκρίνετο, καὶ ὅτι τὸ ἀνέκαθεν τοῖσι ἐν Κορίνθῳ Κυψελίδῃσι ἦν προσήκων.

ρκθ'. Ὡς δὲ ἡ κυρίη ἐγένετο τῶν ἡμερέων, τῆς τε κατακλίσιος τοῦ γάμου, καὶ ἐκφάσιος αὐτοῦ Κλεισθένεος, τὸν κρίνοι ἐκ πάντων, θύσας βοῦς ἑκατὸν ὁ Κλεισθένης, εὐώχεε αὐτούς τε τοὺς μνηστῆρας καὶ τοὺς Σικυωνίους πάντας. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο, οἱ μνηστῆρες εἶχον ἔριν ἀμφί τε μουσικῇ καὶ τῷ λεγομένῳ ἐς τὸ μέσον. προϊούσης δὲ τῆς πόσιος, κατέχων πολλὸν τοὺς ἄλλους ὁ Ἱπποκλείδης, ἐκέλευσε τὸν αὐλητὴν αὐλῆσαί οἱ ἐμμέλειαν· πειθομένου

---

uit, omnia fecit ac magnifice accepit. Sed ei inter procos præcipue cordi erant Athenienses: et illorum magis Hippoclides Tisandri filius, et strenuus esse judicabatur, et quod ejus majores Cypselidarum fuissent in urbe Corintho propinqui.

129. Quum autem illuxit dies destinatus et accubitui nuptiali, et pronunciationi ipsius Clisthenis, quem ex omnibus legeret, mactatis centum bubus, in convivium tum ipsos procos, tum omnes Sicyonios accepit. Postea vero quam cœnatum est, proci certamen de musica habebant, et de sermone, qui proferebatur in medium: procedente autem potatione, Hippoclides, quum longe alios detineret, jussit tibicinem sibi canere ἐμμέλει-

δὲ τοῦ αὐλήτεω, ὠρχήσατο. καί κως ἑωϋτῷ μὲν ἀρεστῶς ὠρχέετο, ὁ δὲ Κλεισθένης ὁρέων ὅλον τὸ πρῆγμα, ὑπόπτευε. μετὰ δὲ, ἐπισχὼν ὁ Ἱπποκλείδης χρόνον, ἐκέλευσέ οἱ τινα τράπεζαν ἐσενεῖκαι· ἐσελθούσης δὲ τῆς τραπέζης, πρῶτα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὠρχήσατο Λακωνικὰ σχημάτια· μετὰ δὲ, ἄλλα Ἀττικά· τὸ τρίτον δὲ, τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν, τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. Κλεισθένης δὲ, τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ δεύτερα ὀρχεομένου ἀποστυγέων γαμβρὸν ἄν οἱ ἔτι γενέσθαι Ἱπποκλείδεα διά τήν τε ὄρχησιν καὶ τὴν ἀναιδείην, κατεῖχε ἑωϋτὸν, οὐ βουλόμενος ἐκραγῆναι ἐς αὐτόν· ὡς δὲ εἶδε τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα, οὐκέτι κατέχειν δυνάμενος, εἶπε, "Ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπωρ-

αν, id est, concinnum quoddam saltationis genus. Tibicine obsequente saltavit, sibi quidem placens, sed Clisthenes omnem rem cernens dissimulabat. Post hæc aliquantulum interquiescens Hippoclides, jussit aliquam inferri sibi mensam: qua illata, primum super eam Laconicos saltavit modulos, mox alios Atticos: tertio super mensam capite statuto, cruribus veluti manibus gesticulabatur. Ad cujus primum ac secundam saltationem, etsi aversabatur Clisthenes, Hippocliden adhuc generum sibi esse propter saltationem et impudentiam, tamen sese continebat, nolens in eum erumpere: at ubi vidit cruribus veluti manibus gesticulantem, jam se ultra continere non

" χήσαο γε μὴν τὸν γάμον." ὁ δὲ Ἱπποκλείδης ὑπολαβὼν εἶπε, " Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ." ἀπὸ τούτου μὲν τοῦτο οὐνομάζεται.

ρλ΄. Κλεισθένης δὲ σιγὴν ποιησάμενος, ἔλεξε ἐς μέσον τάδε, " Ἄνδρες παιδὸς τῆς " ἐμῆς μνηστῆρες, ἐγὼ καὶ πάντας ὑμέας " ἐπαινέω, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, εἰ οἷόν τ' εἴη, " χαριζοίμην ἄν, μήτ' ἕνα ὑμέων ἐξαίρετον " ἀποκρίνων, μήτε τοὺς λοιποὺς ἀποδοκι- " μάζων· ἀλλ' οὐ γὰρ οἷά τέ ἐστι, μιῆς " πέρι παρθένου βουλεύοντα, πᾶσι κατὰ " νόον ποιέειν· τοῖσι μὲν ὑμέων ἀπελαυνομέ- " νοισι τοῦδε τοῦ γάμου, τάλαντον ἀργυρίου " ἑκάστῳ δωρεὴν δίδωμι τῆς ἀξιώσιος εἵνεκα " τῆς ἐξ ἐμεῦ γῆμαι, καὶ τῆς ἐξ οἴκου ἀπο-

---

sustinens, inquit, Fili Tisandri, exsaltasti sane matrimonium. Cui excipiens ille ait, Nulla curæ Hippoclidæ. Inde proverbium factum est.

130. Tunc Clisthenes silentio imposito, in medium hæc protulit, Viri proci meæ filiæ, vos equidem omnes laudo, vobisque omnibus, si fieri posset, gratificarer, neque unum e vobis præcipuum probans, neque ceteros improbans: verum fieri non potest, ut de unica virgine deliberans, omnium voto satisfaciam. Itaque singulis vestrum, qui compotes hujus matrimonii non estis, quod ita dignati fuistis uxorem petere ex me genitam, quodque domo peregre abfuistis, singula argenti talenta dono: Megacli autem Alcmæonis filio

" δημίης· τῷ δὲ Ἀλκμαίωνος Μεγακλέϊ " ἐγγυῶ παῖδα τὴν ἐμὴν Ἀγαρίστην, νόμοισι " τοῖσι Ἀθηναίων." φαμένου δὲ ἐγγυᾶσθαι Μεγακλέος, ἐκεκύρωτο ὁ γάμος Κλεισθένεϊ.

ρλα΄. Ἀμφὶ μὲν κρίσιος τῶν μνηστήρων τοσαῦτα ἐγένετο, καὶ οὕτω Ἀλκμαιωνίδαι ἐβώσθησαν ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα. τουτέων δὲ συνοικησάντων, γίνεται Κλεισθένης τε ὁ τὰς φυλὰς καὶ τὴν δημοκρατίην Ἀθηναίοισι καταστήσας, ἔχων τὸ οὔνομα ἀπὸ τοῦ μητροπάτορος τοῦ Σικυωνίου· οὗτός τε δὴ γίνεται Μεγακλεϊ καὶ Ἱπποκράτης. ἐκ δὲ Ἱπποκράτεος, Μεγακλέης τε ἄλλος, καὶ Ἀγαρίστη ἄλλη, ἀπὸ τῆς Κλεισθένεος Ἀγαρίστης ἔχουσα τὸ οὔνομα. ἣ συνοικήσασά τε Ξανθίππῳ τῷ Ἀρίφρονος, καὶ ἔγκυος ἐοῦσα, εἶδε ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ, ἐδόκεε δὲ λέοντα τεκεῖν· καὶ

meam filiam Agaristam despondeo ritu Atheniensium. Annuente conditioni Megacle, nuptiæ Clistheni confirmatæ sunt.

131. De judicio inter procos hæc evenerunt atque hunc in modum Alcmæonidæ per Græciam celebrati fuerunt. Porro ex horum conjugio, cum Clisthenes avo materno Sicyonii cognominis, procreatur, qui Atheniensium tribus popolarium statum instituit, tum Hippocrates: ex Hippocrate autem alius Megacles et alia Agarista, ab Agarista Clisthenes nomen habens: quæ nupta Xanthippo Ariphronis filio, quum prægnans esset, visa est sibi in somnis parere leonem, paucosque

μετ' ὀλίγας ἡμέρας τίκτει Περικλέα Ξανθίππῳ.

ρλβ'. Μετὰ δὲ τὸ ἐν Μαραθῶνι τρῶμα γενόμενον, Μιλτιάδης, καὶ πρότερον εὐδοκιμέων παρὰ Ἀθηναίοισι, τότε μᾶλλον αὔξετο. αἰτήσας δὲ νέας ἑβδομήκοντα, καὶ στρατιήν τε καὶ χρήματα τοὺς Ἀθηναίους, οὐ φράσας σφι ἐπ' ἣν ἐπιστρατεύεται χώρην, ἀλλὰ φὰς αὐτοὺς καταπλουτιεῖν ἤν οἱ ἕπωνται· ἐπὶ γὰρ χώρην τοιαύτην δή τινα ἄξειν, ὅθεν χρυσὸν εὐπετέως ἄφθονον οἴσονται· λέγων τοιαῦτα, αἴτεε τὰς νέας. Ἀθηναῖοι δὲ τούτοισι ἐπαρθέντες παρέδοσαν.

ρλγ'. Παραλαβὼν δὲ ὁ Μιλτιάδης τὴν στρατιὴν, ἔπλεε ἐπὶ Πάρον, πρόφασιν ἔχων ὡς οἱ Πάριοι ὑπῆρξαν πρότεροι στρατευόμενοι

---

post dies peperit Xanthippo Periclem.

132. Miltiades autem cum antea probatus apud Athenienses, tum vero post vulnus in Marathone hostibus inflictum magis tunc increvit, et quum petivisset septuaginta naves cum militum copia et pecunia, ab Atheniensibus, non promens eis cui regioni bellum esset illaturus, sed tantummodo illos locupletes futuros, si se sequerentur : ad eam enim regionem se ducturum, unde affatim auri nullo negotio deportarent. His Athenienses recti tradiderunt.

133. Itaque militibus acceptis Miltiades in Parum navigat, per speciem ulciscendi, quod Parii triremibus in Marathonem una cum Persa venientes bel-

τριήρεσι ἐς Μαραθῶνα ἅμα τῷ Πέρσῃ. τοῦτο μὲν δὴ πρόσχημα λόγου ἦν, ἀτάρ τινα καὶ ἔγκοτον εἶχε τοῖσι Παρίοισι διὰ Λυσαγόρεα τὸν Τισίεω, ἐόντα γένος Πάριον, διαβαλόντα μιν πρὸς Ὑδάρνεα τὸν Πέρσην. ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν ἔπλεε ὁ Μιλτιάδης τῇ στρατιῇ, ἐπολιόρκεε Παρίους, κατειλημένους ἐντὸς τείχεος· καὶ ἐσπέμπων κήρυκα, αἴτεε ἑκατὸν τάλαντα, φὰς, ἤν μή οἱ δῶσι, οὐκ ἀπονοστήσειν τὴν στρατιὴν, πρὶν ἢ ἐξέλῃ σφέας. οἱ δὲ Πάριοι, ὅκως μέν τι δώσωσι Μιλτιάδῃ ἀργυρίου, οὐδὲν διενοεῦντο· οἱ δέ ὅκως διαφυλάξωσι τὴν πόλιν, τοῦτο ἐμηχανῶντο· ἄλλά τε ἐπιφραζόμενοι, καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξήρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου.

---

lium priores intulissent. Hoc quidem colore orationis utebatnr, sed odium quoddam gerebat adversus Parios ob Lysagoram Tisiæ filium, genere Parium, qui ipsum apud Hydarnem Persam accusaverat. Eo postquam pervenit Miltiades, Parios intra mœnia coactos obsedit, missoque caduceatore poposcit centum talenta, dicens, si ea sibi non darent, se non prius illinc abducturum copias, quam eos evertisset. At Parii ut quiequam pecuniæ Miltiadi darent, non consultabant; sed ut custodirent urbem, id excogitabant, cum alia loca obsepientes, tum maxime unde ea oppugnari poterat; quæ pars noctu in duplum quam fuerat vetus, excitata erat.

ρλδ'. Ἐς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες Ἕλληνες λέγουσι· τὸ ἐνθεῦτεν δὲ αὐτοὶ Πάριοι γενέσθαι ὧδε λέγουσι. Μιλτιάδῃ ἀπορέοντι ἐλθεῖν ἐς λόγους αἰχμάλωτον γυναῖκα, ἐοῦσαν μὲν Παρίην γένος, οὔνομα δέ οἱ εἶναι Τιμοῦν· εἶναι δὲ ὑποζάκορον τῶν χθονίων θεῶν. ταύτην ἐλθοῦσαν ἐς ὄψιν Μιλτιάδεω, συμβουλεῦσαί οἱ, εἰ περὶ πολλοῦ ποιέεται Πάρον ἑλεῖν, τὰ ἂν αὐτὴ ὑποθῆται, ταῦτα ποιέειν. μετὰ δὲ, τὴν μὲν ὑποθέσθαι, τὸν δὲ, ἀπικόμενον ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν πρὸ τῆς πόλιος ἐόντα, τὸ ἕρκος θεσμοφόρου Δήμητρος ὑπερθορέειν, οὐ δυνάμενον τὰς θύρας ἀνοῖξαι· ὑπερθορόντα δὲ ἰέναι ἐπὶ τὸ μέγαρον, ὅτιδὴ ποιήσοντα ἐντὸς, εἴτε κινήσοντά τι τῶν ἀκινήτων, εἴτε ὁτιδήποτε πρήξοντα· πρὸς τῇσι θύρῃσί τε

---

134. Hactenus Græci omnes in hac re commemoranda consentiunt ; deinceps gesta ipsi Parii referunt hoc modo : Miltiadem, quum inops consilii esset, adisse atque alloquutam fuisse mulierem captivam, genere Pariam, nomine Timoun, quæ esset inferarum dearum subministra : hanc, quum in conspectum Miltiadi venisset, consilium ei dedisse, ut si magni faceret Parum capere, exequeretur quæ a se præciperentur. Ejus deinde præceptis auditis Miltiadem, quum accessisset ad collem qui est ante urbem, maceriam Cereris legiferæ transsiluisse, quum nequiret fores aperire ; et quum tamen transsiluisset, ivisse in ipsum delubrum ad aliquid intus faciendum,

γενέσθαι, καὶ πρόκα τε φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης, ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἵεσθαι. καταθρώσκοντα δὲ τὴν αἱμασίην, τὸν μηρὸν σπασθῆναι· οἱ δὲ, αὐτὸν τὸ γόνυ προσπταῖσαι λέγουσι.

ρλε'. Μιλτιάδης μέν νυν φλαύρως ἔχων, ἀπέπλεε ὀπίσω, οὔτε χρήματα Ἀθηναίοισι ἄγων, οὔτε Πάρον προσκτησάμενος, ἀλλὰ πολιορκήσας τε ἓξ καὶ εἴκοσι ἡμέρας, καὶ δηϊώσας τὴν νῆσον. Πάριοι δὲ, πυθόμενοι ὡς ἡ ὑποζάκορος τῶν θεῶν Τιμὼ Μιλτιάδῃ κατηγήσατο, βουλόμενοί μιν ἀντὶ τουτέων τιμωρήσασθαι, θεοπρόπους πέμπουσι ἐς Δελφοὺς, ὡς σφέας ἡσυχίη τῆς πολιορκίης ἔσχε. ἔπεμπον δὲ ἐπειρησομένους εἰ καταχρήσονται τὴν ὑποζάκορον τῶν θεῶν, ὡς ἐξηγησαμένην τοῖσι

---

sive ad movendum aliquid quod moveri nefas esset, sive ad aliquid quodcunque agendum. Et quum ad fores esset, repente horrore objecto, eadem via revertisse, deque maceria desilientem femur convulsisse: alii illum impegisse genu aiunt.

135. Ita Miltiades male habens, retro navigavit, neque pecuniam Atheniensibus portans, neque Paro acquisita; urbe tantum per sex et viginti dies obsessa, et insula vastata. Parii, cognito subministram dearum Timoun Miltiadem edocuisse, volentes ob id de ea supplicium sumere, postquam obsideri desierunt, Delphos miserunt, sciscitatum nunquid subministram dearum occiderent, ut quæ rationem capiendæ patriæ hosti-

ἐχθροῖσι τῆς πατρίδος ἅλωσιν, καὶ τὰ ἐς ἔρσενα γόνον ἄῤῥητα ἱρὰ ἐκφήνασαν Μιλτιάδῃ. ἡ δὲ Πυθίη οὐκ ἔα, φᾶσα οὐ Τιμοῦν εἶναι τὴν αἰτίην τουτέων, ἀλλὰ, δεῖν γὰρ Μιλτιάδεα τελευτᾷν μὴ εὖ, φανῆναί οἱ τῶν κακῶν κατηγεμόνα. Παρίοισι μὲν δὴ ταῦτα ἡ Πυθίη ἔχρησε.

ρλϛ΄. Ἀθηναῖοι δὲ ἐκ Πάρου Μιλτιάδεα ἀπονοστήσαντα ἔσχον ἐν στόματι, οἵ τε ἄλλοι, καὶ μάλιστα Ξάνθιππος ὁ Ἀρίφρονος, ὃς θανάτου ἀγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον Μιλτιάδεα ἐδίωκε τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκα. Μιλτιάδης δὲ, αὐτὸς μὲν παρεὼν οὐκ ἀπελογέετο, ἦν γὰρ ἀδύνατος, ὥστε σηπομένου τοῦ μηροῦ, προκειμένου δὲ αὐτοῦ ἐν κλίνῃ, ὑπεραπολογέοντο οἱ φίλοι, τῆς μάχης τε τῆς ἐν

---

bus detexisset, quæque Miltiadi exposuisset sacra, quæ ad virilem sexum efferri nefas esset. Id Pythia fieri non permisit, negans Timoun earum rerum esse causam: sed quia Miltiadi misera morte pereundum esset, ideo ei ducem malorum apparuisse: Hæc Pariis Pythia respondit.

91. Cilices, centum naves: hi circa capita ferebant gentiles galeas, pro scutis parmulas e crudo bovis corio factas, laneis tunicis induti: bina singuli jacula gestantes, et ensem machæris Ægyptiacis persimilem. Hi quondam Hypachæi appellati fuerant, sed a Cilice Agenoris filio, viro Phœnice, illud nomen acceperunt. Pamphyli, triginta naves, Græcanicis armis ornati: qui ab illis originem ducunt, qui cum Amphilocho et Calchante et Troiia disjecti fuerunt.

92. Lycii præbuerunt naves quinquaginta, thoracibus ocreisque instructi; arcubus quoque e corno factis, et arundineis sagittis sine pennis, atque jaculis:

νους ἀπτέρους, καὶ ἀκόντια· ἐπὶ δὲ, αἰγὸς δέρματα περὶ τοὺς ὤμους αἰωρεύμενα· περὶ δὲ τῇσι κεφαλῇσι πίλους πτεροῖσι περιεστεφανωμένους· ἐγχειρίδια δὲ καὶ δρέπανα εἶχον. Λύκιοι δὲ, Τερμίλαι ἐκαλέοντο ἐκ Κρήτης γεγονότες· ἐπὶ δὲ Λύκου τοῦ Πανδίονος, ἀνδρὸς Ἀθηναίου, ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην.

ϟγ΄. Δωριέες δὲ, οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης, τριήκοντα παρείχοντο νέας, ἔχοντές τε Ἑλληνικὰ ὅπλα, καὶ γεγονότες ἀπὸ Πελοποννήσου. Κᾶρες δὲ, ἑβδομήκοντα παρείχοντα νέας, τὰ μὲν ἄλλα κατάπερ Ἕλληνες ἐσταλμένοι· εἶχον δὲ καὶ δρέπανα καὶ ἐγχειρίδια. οὗτοι δὲ, οἵτινες πρότερον ἐκαλέοντο, ἐν τοῖσι πρώτοισι τῶν λόγων εἴρηται.

ϟδ΄. Ἴωνες δὲ, ἑκατὸν νέας παρείχοντο, ἐσκευασμένοι ὡς Ἕλληνες. Ἴωνες δὲ, ὅσον

---

gerentes ex humeris suspensas capræ pelles, et in capitibus pilea pennis circum coronata, quin etiam pugiones et falces. Hi e Creta oriundi, quondam Termilæ nominati, sed a Lyco Pandionis filio, viro Atheniensi, Lycii fuerunt cognominati.

93. Dorienses, qui sunt ex Asia, naves triginta: hi Græca gerebant arma, e Peloponneso propagati. Cares, septuaginta naves, cetera Græco more ornati, sed et falces et pugiones gerebant, qui quales prius appellati fuerint in prioribus libris dictum est.

94. Iones, centum naves, armati Græco ritu: qui quandiu in Peloponneso regionem, quæ

μὲν χρόνον ἐν Πελοποννήσῳ οἴκεον τὴν νῦν καλεομένην Ἀχαιΐην, καὶ πρὶν ἢ Δαναόν τε καὶ Ξοῦθον ἀπικέσθαι ἐς Πελοπόννησον, ὡς Ἕλληνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Πελασγοὶ Αἰγιαλέες· ἐπὶ δὲ Ἴωνος τοῦ Ξούθου, Ἴωνες.

Ϟε΄. Νησιῶται δὲ, ἑπτακαίδεκα παρείχοντο νέας, ὡπλισμένοι ὡς Ἕλληνες· καὶ τοῦτο Πελασγικὸν ἔθνος, ὕστερον δὲ Ἰωνικὸν ἐκλήθη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ αἱ δυώδεκα πόλιες Ἴωνες οἱ ἀπ' Ἀθηνέων. Αἰολέες δὲ, ἑξήκοντα νέας παρείχοντο, ἐσκευασμένοι τε ὡς Ἕλληνες, καὶ τοπάλαι καλεόμενοι Πελασγοὶ, ὡς Ἑλλήνων λόγος. Ἑλλησπόντιοι δὲ, πλὴν Ἀβυδηνῶν· Ἀβυδηνοῖσι γὰρ προσετέτακτο ἐκ βασιλῆος κατὰ χώρην μένουσι, φύλακας εἶναι τῶν γεφυρέων· οἱ δὲ λοιποὶ ἐκ τοῦ Πόντου στρατευόμενοι, παρείχοντο μὲν ἑκα-

vocatur nunc Achaia, incoluerunt, et ante adventum Danai et Xuthi in Peloponnesum, ut Græci aiunt, vocabantur Pelasgi Ægialees, *litorales*, sed ab Ione Xuthi filio, Iones sunt appellati.

95. Insulani, naves decem et septem, armati ut Græci: et ipsi Pelasgica gens, sed mox Ionica ob eandem caussam, et duodecim oppida Ionica ab Athenis. Æolenses, sexaginta naves, more Græco armati, et olim Pelasgi, ut apud Græcos fertur, vocati. Hellespontii, præter Abydenos, quibus mandatum erat ab rege ut loco manerent ad pontes custodiendos, ceterique e Ponto dabant cen-

τὸν νέας, ἐσκευασμένοι δὲ ἔσαν ὡς Ἕλληνες. οὗτοι δὲ, Ἰώνων καὶ Δωριέων ἄποικοι.

ϟϛʹ. Ἐπεβάτευον δὲ ἐπὶ πασέων τῶν νεῶν Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ Σάκαι. τουτέων δὲ ἄριστα πλεούσας παρείχοντο νέας Φοίνικες, καὶ Φοινίκων, Σιδώνιοι. τούτοισι πᾶσι καὶ τοῖσι ἐς τὸν πεζὸν τεταγμένοισι αὐτέων ἐπῆσαν ἑκάστοισι ἐπιχώριοι ἡγεμόνες· τῶν ἐγὼ, οὐ γὰρ ἀναγκαίῃ ἐξέργομαι ἐς ἱστορίης λόγον, οὐ παραμέμνημαι. οὔτε γὰρ ἔθνεος ἑκάστου ἐπάξιοι ἔσαν οἱ ἡγεμόνες, ἔν τ' ἔθνεϊ ἑκάστῳ ὅσαιπερ πόλιες, τοσοῦτοι καὶ ἡγεμόνες ἔσαν. εἵποντο δὲ ὡς οὐ στρατηγοὶ, ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἄλλοι στρατευόμενοι δοῦλοι. ἐπεί στρατηγοὶ, οἱ τὸ πᾶν ἔχοντες κράτος, καὶ ἄρχοντες τῶν ἐθνέων ἑκάστων, ὅσοι αὐτέων ἔσαν Πέρσαι, εἰρέαταί μοι.

---

tum naves, Græce ornati, Ionum ac Doriensium coloni.

96. In omnibus autem navibus epibatæ erant Persæ et Midi et Sacæ: quarum optime navigantes præbuere Phœnices, et inter Phœnices, Sidonii. His omnibus, et item pedestribus eorum copiis præfecti erant populares duces: quorum ego, quia ratio historiæ non exigit necessario, non faciam mentionem. Neque enim singularum nationum duces digni memoria fuere, quarum quot urbes, tot duces extitere: sequebantur enim non ut ductores, verum ut alii bellantes servi: quoniam duces, penes quos summa imperii erat, et singularum gentium principes, quinam eorum Persæ fuerint, a me commemoratum est.

ϞΖ'. Τοῦ δὲ ναυτικοῦ ἐστρατήγεον οἵδε· Ἀριαβίγνης τε ὁ Δαρείου, καὶ Πρηξάσπης ὁ Ἀσπαθίνεω, καὶ Μεγάβαζος ὁ Μεγαβάτεω, καὶ Ἀχαιμένης ὁ Δαρείου. τῆς μὲν Ἰάδος τε καὶ Καρικῆς στρατιῆς, Ἀριαβίγνης, ὁ Δαρείου τε παῖς καὶ τῆς Γωβρύεω θυγατρός· Αἰγυπτίων δὲ ἐστρατήγεε Ἀχαιμένης, Ξέρξεω ἐὼν ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεὸς· τῆς δὲ ἄλλης στρατιῆς ἐστρατήγεον οἱ δύο. τριηκόντεροι δὲ, καὶ πεντηκόντεροι, καὶ κέρκουροι, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα μακρὰ συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισχίλια.

ϞΗ'. Τῶν δὲ ἐπιπλεόντων μετά γε τοὺς στρατηγοὺς, οἵδε ἔσαν ὀνομαστότατοι· Σιδώνιος Τετράμνηστος Ἀνύσου, καὶ Τύριος Μάπην Σιρώμου, καὶ Ἀράδιος Μέρβαλος Ἀγβάλου, καὶ Κίλιξ Συέννεσις Ὠρομέδοντος,

97, Nauticis autem hi copiis præfuere: Ariabignes Darii, et Prexaspes Aspathinis, et Megabazus Megabatis, et Achæmenes Darii filius. Ionicæ quidem classi et Caricæ Ariabignes, ex Dario et filia Gobryæ genitus: Ægyptiacæ autem Achæmenes, Xerxes ex utroque parente germanus: reliquæ autem classi reliqui duo. Porro triginta aut quinquaginta remorum navigia, et cercuri, cum hippagogis, longa, contracta constat ad tria millia pervenisse.

98. Eorum autem qui in classe erant, secundum duces, illustrissimi fuere, Sidonius Tetramnestus Anysi filius, et Tyrius Mapen Siromi, et Aradius

καὶ Λύκιος Κυϐερνίσκος Σίκα· καὶ Κύπριοι, Γόργος τε Χέρσιος, καὶ Τιμώναξ ὁ Τιμαγόρεω· καὶ Καρῶν, Ἱστιαῖός τε ὁ Τύμνεω, καὶ Πίγρης ὁ Σελδώμου, καὶ Δαμασίθυμος ὁ Κανδαύλεω.

Ϟθ΄. Τῶν μέν νυν ἄλλων οὐ παραμέμνημαι ταξιαρχέων, ὡς οὐκ ἀναγκαζόμενος· Ἀρτεμισίης δὲ, τῆς μάλιστα θώϋμα ποιεῦμαι, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσαμένης γυναικὸς· ἥτις, ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς, αὐτή τε ἔχουσα τὴν τυραννίδα, καὶ παιδὸς ὑπάρχοντος νεηνίεω, ὑπὸ λήματός τε καὶ ἀνδρηΐης ἐστρατεύετο, οὐδεμιῆς ἐούσης οἱ ἀναγκαίης. οὔνομα μὲν δὴ ἦν αὐτῇ Ἀρτεμισίη, θυγάτηρ δὲ ἦν Λυγδάμιος· γένος δὲ ἐξ Ἁλικαρνησσοῦ, τὰ πρὸς πατρος, τὰ μητρόθεν δὲ, Κρῆσσα. ἡγεμόνευε δὲ

Merbalus Agbali, et Cilix Syennesis Oromedontis, et Lycius Cyberniscus Sicæ filius. Cyprii autem, Gorgus Chersis, et Timonox Timagoræ filius. Carum vero Histiæus Tymnis, et Pigres Seldomi, et Damasithymus Candaulis filius.

99. Aliorum nunc præfectorum mentionem facere supersedeo, tanquam non necesse habens. Verum Artemisiæ præcipua me tenet admiratio, mulieris expeditionem adversus Græciam sequutæ: quæ defuncto viro, et ipsa tyrannidem obtinens, quum et filius ei esset adolescens, præstantia animi atque virilitate in militiam concessit nulla adacta necessitate. Nomen ei erat Artemisiæ, Lygdamis filiæ, paternum genus ex

Ἁλικαρνησσέων τε καὶ Κώων καὶ Νισυρίων τε καὶ Καλυδνίων, πέντε νέας παρεχομένη. καὶ συναπάσης τῆς στρατιῆς, μετά γε τὰς Σιδωνίων, νέας ἐνδοξοτάτας παρείχετο· πάντων δὲ τῶν συμμάχων γνώμας ἀρίστας βασιλέϊ ἀπεδέξατο. τῶν δὲ κατέλεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτὴν, τὸ ἔθνος ἀποφαίνω πᾶν ἐὸν Δωρικόν· Ἁλικαρνησσῆας μὲν, Τροιζηνίους· τοὺς δὲ ἄλλους, Ἐπιδαυρίους. ἐς μὲν τοσόνδε ὁ ναυτικὸς στρατὸς εἴρηται.

ρ΄. Ξέρξης δὲ, ἐπεὶ ἠριθμήθη τε, καὶ διετάχθη ὁ στρατὸς, ἐπεθύμησε αὐτός σφεας διεξελάσας θεήσασθαι. μετὰ δὲ, ἐποίεε ταῦτα, καὶ διεξελαύνων ἐπ' ἅρματος παρ' ἔθνος ἓν ἕκαστον, ἐπυνθάνετο· καὶ ἀπέγραφον οἱ γραμματισταί· ἕως ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα

Halicarnasso, maternum e Creta. Imperans hæc Halicarnassensibus, et Cois, et Nisyriis, et Calydniis, quinque cum navibus venit, et universæ classis post Sidonias, naves præbuit celebratissimas. Eadem apud regem optimas inter omnes socios sententias dixit. Quas civitates recensui sub illius imperio fuisse earum universam gentem annuo Doricam esse; Halicarnassenses quidem Trœzenios, ceteros autem Epidaurios. Hactenus de nautico exercitu.

100. Xerxes, inito copiarum numero, militibus compositis, concupivit illos lustrando oculis obire: quemadmodum et fecit. Itaque inscenso curru unamquamque nationem lustrans, percontabantur; quam professio-

ἀπίκετο καὶ τῆς ἵππου καὶ τοῦ πεζοῦ. ὡς δὲ ταῦτά οἱ ἐπεποίητο, τῶν νεῶν κατελκυσθεισέων ἐς θάλασσαν, ἐνθαῦτα ὁ Ξέρξης μετεκβὰς ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς νέα Σιδωνίην, ἵζετο ὑπὸ σκηνῇ χρυσέῃ· καὶ παρέπλεε παρὰ τὰς πρώρας τῶν νεῶν, ἐπειρωτῶν τε ἑκάστας ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πεζὸν, καὶ ἀπογραφόμενος· τὰς δὲ νέας οἱ ναύαρχοι ἀναγαγόντες ὅσον τε τέσσερα πλέθρα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ, ἀνεκώχευον, τὰς πρώρας ἐς γῆν τρέψαντες πάντες μετωπηδὸν καὶ ἐξοπλίσαντες τοὺς ἐπιβάτας ὡς ἐς πόλεμον. ὁ δ' ἐντὸς τῶν πρωρέων πλέων ἐθηεῖτο καὶ τοῦ αἰγιαλοῦ.

ρα΄. Ὡς δὲ καὶ ταύτας διεξέπλωσε, καὶ ἐξέβη ἐκ τῆς νεὸς, μετεπέμψατο Δημάρητον τὸν Ἀρίστωνος συστρατευόμενον αὐτῷ ἐπὶ τὴν

nem scribæ excipiebant, donec ab extremis ad extremos equitum peditumque perventum est. Hoc perfecto, et navibus in mare deductis, ibi Xerxes e curru in navem Sidoniam transcendit: residensque sub aureo tabernaculo, prætervehensque navium proras sciscitabatur de singulis itidem ut de terrestri exercitu fecerat, describique jubebat. Enimvero navarchi productas a litore quatuor fere plethrorum spatio naves stabilierant, conversis ed terram proris, omnes versus frontem, propugnatoribus quoque tanquam ad prœlium armatis; quos Xerxes inter proras et litus navigans conspicabatur.

101. Ubi autem et classem lustravit, egressus navi arcessivit Demaratum Aristonis filium, comitem hujus adversus Græ-

Ἑλλάδα. καλέσας δ' αὐτὸν, εἴρετο τάδε, "Ὦ Δημάρητε, νῦν μοί σε ἡδύ τι ἐστὶ "ἐπείρεσθαι τὰ θέλω. σὺ εἶς Ἕλλην τε, καὶ, "ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι σεῦ τε καὶ τῶν ἄλλων "Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἐς λόγους ἀπικομένων, "πόλιος οὔτ' ἐλαχίστης, οὔτ' ἀσθενεστάτης. "νῦν ὦν μοι τόδε φράσον, εἰ Ἕλληνες ὑπο-"μενέουσι χεῖρας ἐμοὶ ἀνταειρόμενοι. οὐ "γὰρ, ὡς ἐγω δοκέω, οὐδ' εἰ πάντες Ἕλλη-"νες, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ πρὸς ἑσπέρης οἰκέοντες "ἄνθρωποι συλλεχθείησαν, οὐκ ἀξιόμαχοί "εἰσι ἐμὲ ἐπιόντα ὑπομεῖναι, μὴ ἐόντες ἄρθ-"μιοι. ἐθέλω μέντοι καὶ τὸ ἀπὸ σεῦ, ὁκοῖόν "τι λέγεις περὶ αὐτέων, πυθέσθαι." ὁ μὲν ταῦτα εἰρώτα. ὁ δὲ, ὑπολαβὼν ἔφη, "Ὦ "βασιλεῦ, κότερα ἀληθηΐῃ χρήσομαι πρὸς

---

ciam expeditionis, eique arcessito ita inquit, Demarate, juvat nunc me quæ cupio abs te interrogare, qui et Græcus es, et non ex minima neque maxime invalida civitate; ut audio tam ex te quam ex aliis Græcis, qui in sermones mecum veniunt: nunc igitur hoc mihi expone, nunquid Græci sustinebunt manus contra me levare: nam, ut ego opinor, nec si omnes Græci ac ceteri ad occasum incolentes homines congregarentur, pares essent ad me invadentem sustinendum, siquidem non sint concordes. Libet tamen mihi abs te audire quid de hoc dicas. His verbis ille interrogavit. Demaratus autem excipiens, Utra, inquit, apud te rex utar, veritate an jucunditate? Ille ut veri-

" σε, ἡ ἡδονῇ;" ὁ δέ μιν ἀληθηΐῃ χρήσασθαι ἐκέλευε, φὰς οὐδέν οἱ ἀηδέστερον ἔσεσθαι ἢ πρότερον ἦν.

ρβ'. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε Δημάρητος, ἔλεγε τάδε, " Βασιλεῦ, ἐπειδὴ ἀληθηΐῃ δια-" χρήσασθαι πάντως με κελεύεις ταῦτα λέ-" γοντα, τὰ μὴ ψευδόμενός τις ὕστερον ὑπὸ" σεῦ ἁλώσεται, τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί" κοτε σύντροφός ἐστι· ἀρετὴ δὲ ἔπακτός" ἐστι, ἀπό τε σοφίης κατεργασμένη καὶ νό-" μου ἰσχυροῦ· τῇ διαχρεομένη ἡ Ἑλλὰς" τήν τε πενίην ἀπαμύνεται, καὶ τὴν δεσπο-" σύνην. αἰνέω μέν νυν πάντας Ἕλληνας τοὺς" περὶ κείνους τοὺς Δωρικοὺς χώρους οἰκη-" μένους· ἔρχομαι δὲ λέξων οὐ περὶ πάντων" τούσδε τοὺς λόγους, ἀλλὰ περὶ Λακεδαι-" μονίων μούνων· πρῶτα μὲν, ὅτι οὐκ ἔστι

tate uteretur jubere: neque enim sibi ob id eum minus jucundum fore, quam antea fuisset.

102. Hoc ubi Demaratus audivit, Quoniam, inquit, me jubes, rex, omnino veritatem proloqui, ea dicentem ob quæ nemo mendacii postea a te convincetur; Græcia semper quidem alumna fuit paupertatis, virtus autem adventitia, sapientia et legibus culta severis, quam usurpans Græcia, et paupertatem abigit et dominatum. Ita laudo quidem omnes Græcos, qui circa Dorica illa loca incolunt: sed non de cunctis eis hæc verba faciam, verum de Lacedæmoniis solis. Jam primum fieri non

" ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους δουλοσύνην
" φέροντας τῇ Ἑλλάδι· αὖτις δὲ, ὡς ἀντιώ-
" σονταί τοι ἐς μάχην, καὶ ἢν οἱ ἄλλοι Ἕλ-
" ληνες πάντες τὰ σὰ φρονέωσι. ἀριθμοῦ δὲ
" πέρι, μὴ πύθῃ ὅσοι τινὲς ἐόντες ταῦτα
" ποιέειν οἷοί τε εἰσι· ἤν τε γὰρ τύχωσι
" ἐξεστρατευμένοι χίλιοι, οὗτοι μαχέσονταί
" τοι, ἤν τε ἐλάσσονες τουτέων, ἤν τε καὶ
" πλεῦνες."

ργ'. Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, γελάσας ἔφη, " Δημάρητε, οἷον ἐφθέγξαο ἔπος, ἄν-
" δρας χιλίους στρατιῇ τοσῇδε μαχέσασθαι;
" ἄγε, εἰπέ μοι, οὐ φῂς τουτέων τῶν ἀνδρῶν
" αὐτὸς βασιλεὺς γενέσθαι; σὺ ὦν ἐθελή-
" σεις αὐτίκα μάλα πρὸς ἄνδρας δέκα μά-
" χεσθαι; καί τοι εἰ τὸ πολιτικὸν ὑμῖν πᾶν

---

poterit, ut tuas voces admittant, afferentes Græciæ servitutem: deinde venient tibi obviam ad pugnandum, etiam si ceteri Græci omnes sentiant tecum. Neque vero de numero eorum quæras, quot illi sint, qui hoc facere possint: nam si in exercitu eorum mille fuerint, ii tecum congredientur; et item sive pauciores sive etiam plures.

103. Hæc quum audisset Xerxes, cachinnans inquit, Demarate, quodnam extulisti verbum? mille omnino viros cum tanto exercitu congressuros? Agedum, dic mihi, nonne teipsum ais istorum virorum fuisse regem? visne igitur sine mora tu cum decem viris dimicare? Quod si vestri populares omnes tales sunt, quales tu prædicas, profec-

" ἐστι τοιοῦτον οἷον σὺ διαιρέεις, σέ γε τὸν
" κείνων βασιλῆα πρέπει πρὸς τὸ διπλήσιον
" ἀντιτάσσεσθαι κατὰ νόμους τοὺς ὑμετέ-
" ρους. εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν
" τῆς στρατιῆς τῆς ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σὲ
" δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον· καὶ
" οὕτω μὲν ὀρθοῖτ' ἂν ὁ λόγος ὁ παρὰ σεῦ
" εἰρημένος. εἰ δὲ τοιοῦτοί τε ἐόντες, καὶ με-
" γάθεα τοσοῦτοι οἷος σύ τε καὶ οἱ παρ' ἐμὲ
" φοιτῶσι Ἑλλήνων ἐς λόγους, αὐχέετε το-
" σοῦτον, ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗ-
" τος ὁ εἰρημένος εἴη. ἐπεὶ φέρε ἴδω παντὶ
" τῷ εἰκότι, κῶς ἂν δυναίατο χίλιοι, ἢ καὶ
" μύριοι, ἢ καὶ πεντακισμύριοι, ἐόντες γε
" ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως, καὶ μὴ ὑπ' ἑνὸς
" ἀρχόμενοι, στρατῷ τοσῷδε ἀντιστῆναι;
" ἐπεί τοι πλεῦνες περὶ ἕνα ἕκαστον γινόμε-

---

eorum, si fuerint quinque millia. to secundum vestra instituta decet te, qui illorum es rex, ad duplum comparari: nam si denis e meo exercitu singuli eorum pares sint, jure abs te posco, ut viginti sis par; ita verba quæ dixisti, comprobabuntur. Atqui si tales sunt illi ac proceritate tanti, qualis tu, ac Græci qui in colloquium meum venerunt, tantopere gloriamini, vide ne frustra id insolenterque faciatis: nam age intelligam quacunque probabilitate, unde fieri queat ut millia aut decem millia vel etiam quinquaginta millia hominum, qui pariter omnes liberi, nec unius imperio subjecti, tanto exercitui obsisterent: quum simus nos plures quam milleni ad singulos

" θα, ἢ χίλιοι, ἐόντων κείνων πέντε χιλιαδέων.
" ὑπὸ μὲν γὰρ ἑνὸς ἀρχόμενοι κατὰ τρόπον
" τὸν ἡμέτερον, γενοίατ' ἂν δειμαίνοντες τοῦ-
" τον, καὶ παρὰ τὴν ἑωϋτῶν φύσιν ἀμείνονες·
" καὶ ἴοιεν ἀναγκαζόμενοι μάστιγι ἐς πλεῦ-
" νας ἐλάσσονες ἐόντες· ἀνειμένοι δὲ ἐς τὸ
" ἐλευθέριον οὐκ ἂν ποιέοιεν τουτέων οὐδέτε-
" ρα. δοκέω δὲ ἔγωγε καὶ ἀνισωθέντας πλή-
" θεϊ, χαλεπῶς ἂν Ἕλληνας Πέρσῃσι μού-
" νοισι μάχεσθαι. ἀλλὰ παρ' ἡμῖν τοῦτό
" ἐστι τὸ σὺ λέγεις. ἔστι γε μέντοι οὐ πολ-
" λὸν, ἀλλὰ σπάνιον. εἰσὶ γὰρ Περσέων τῶν
" ἐμῶν αἰχμοφόρων, οἳ ἐθελήσουσι Ἑλλήνων
" ἀνδράσι τρισὶ ὁμοῦ μάχεσθαι· τῶν σὺ ἐὼν
" ἄπειρος, πολλὰ φλυηρέεις."

ρδ'. Πρὸς ταῦτα Δημάρητος λέγει, "Ὦ
" βασιλεῦ, ἀρχῆθεν ἠπιστάμην ὅτι ἀληθηΐῃ

Nam sub uno, quemadmodum apud nos fit, imperatore milites, illius metu etiam contra suam ipsorum naturam meliores efficiuntur, adactique flagello, vel pauciores adversus plures eunt: iidem remisso libero sibi arbitrio, neutrum horum facerent. Adeo opinor Græcos etiam pares numero Persis, ægre cum eis solis certaturos, quinimo istud apud nos est id quod ais: verum non ita multum, sed rarum: sunt enim e Persis meis satellitibus, qui velint cum ternis viris Græcis pariter dimicare: quorum tu inexpertus multa blateras.

104. Ad hæc Demaratus, Intelligebam, inquit, rex, ab initio

" χρεόμενος, οὐ φίλα τοι ἐρέω. σὺ δὲ ἐπεὶ
" ἠνάγκασας λέγειν τῶν λόγων τοὺς ἀληθε-
" στάτους, ἔλεγον τὰ κατήκοντα Σπαρτιή-
" τῃσι. καίτοι ὡς ἐγὼ τυγχάνω τὰ νῦν τάδε
" ἐστοργὼς ἐκείνους, αὐτὸς μάλιστα ἐξεπί-
" στεαι, οἵ με τιμήν τε καὶ γέρεα ἀπελό-
" μενοι πατρώϊα, ἄπολίν τε καὶ φυγάδα πε-
" ποιήκασι· πατὴρ δὲ σὸς ὑποδεξάμενος, βίον
" τέ μοι καὶ οἶκον δέδωκε. οὔκων οἰκός ἐστι
" ἄνδρα τὸν σώφρονα εὐνοίην φαινομένην διω-
" θέεσθαι, ἀλλὰ στέργειν μάλιστα. ἐγὼ δὲ
" οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι οἷός τε εἶ-
" ναι μάχεσθαι, οὔτε δυοῖσι· ἑκών γε εἶναι
" οὐδ' ἂν μουνομαχέοιμι. εἰ δὲ ἀναγκαίη
" εἴη, ἢ μέγας τις ὁ ἐποτρύνων ἀγὼν, μα-
" χοίμην ἂν πάντων ἥδιστα ἑνὶ τουτέων τῶν

---

me veritate utentem, non jucunda tibi dicturum: sed quia tu dicere me verissima coegisti, dixi quæ erant ex officio Spartanorum. Quanquam ipse optime intelligis quantopere nunc illos ego amem, qui me honore et decore paterno exutum, extorrem profugumque fecerunt: quem pater tuus exceptum, victu ac domicilio donavit. Quare non est credibile virum prudentem respuere benevolentiam exploratam, sed maxime observare. Ego autem neque cum decem viris promittam me posse dimicare, neque cum duobus: ac ne singulari quidem certamine volens certaverim. At si necesse fuerit, aut vehemens discrimen instituerit, libentissime cum uno quolibet istorum hominum dimicarem, qui se singulos aiunt idoneos ad certandum cum ter-

" ἀνδρῶν, οἳ Ἑλλήνων ἕκαστος φησὶ τριῶν
" ἄξιος εἶναι. ὣς δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι, κα-
" τὰ μὲν ἕνα μαχεόμενοι, οὐδαμῶν εἰσὶ κα-
" κίονες ἀνδρῶν· ἁλέες δὲ, ἄριστοι ἀνδρῶν
" ἁπάντων. ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες, οὐ πάντα
" ἐλεύθεροί εἰσι· ἔπεστι γάρ σφι δεσπότης,
" ὁ νόμος, τὸν ὑποδειμαίνουσι πολλῷ ἔτι μᾶλ-
" λον, ἢ οἱ σοὶ, σέ. ποιεῦσι γῶν τὰ ἂν ἐκεῖ-
" νος ἀνώγῃ· ἀνώγει δὲ τὠϋτὸ αἰεὶ, οὐκ ἐῶν
" φεύγειν οὐδὲν πλῆθος ἀνθρώπων ἐκ μάχης,
" ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξει, ἐπικρατέειν,
" ἢ ἀπόλλυσθαι. σοὶ δὲ, εἰ φαίνομαι ταῦτα
" λέγων φλυηρέειν, τἄλλα σιγᾷν ἐθέλω το-
" λοιπόν· νῦν δὲ ἀναγκασθεὶς ἔλεξα. γένοιτο
" μέν τοι κατὰ νόον τοι, βασιλεῦ."

ρε΄. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἀμείψατο. Ξέρ-

---

nis Græcorum. Etenim Lacedæmonii pugnando cum singulis, non sunt illi quidem ullis deteriores viris: at conferti, cunctorum virorum sunt excellentissimi: nam licet sint liberi, non tamen sunt omnia liberi: quippe quibus præest domina lex, quam multo magis metuunt, quam tui te. Faciunt ergo quæcunque illa cogit, cogit autem idem semper vetans eos ex acie fugere quantamvis hominum multitudinem; sed ut ordinem non deserentes, aut vincant aut occumbant. Hæc ego loquens, si tibi blaterare videor, volo posthac in ceteris silentium agere. Hactenus loquutus sum coactus: tibi vero ex sententia contingat rex.

105. Hæc loquuto Demarato,

ξης δὲ ἐς γέλωτά τε ἐτρέψατο, καὶ οὐκ ἐποιήσατο ὀργὴν οὐδεμίην, ἀλλ' ἠπίως αὐτὸν ἀπεπέμψατο. τούτῳ δὲ ἐς λόγους ἐλθὼν Ξέρξης, καὶ ὕπαρχον ἐν τῷ Δορίσκῳ τούτῳ καταστήσας Μασκάμην τὸν Μεγαδόστεω, τὸν δὲ ὑπὸ Δαρείου σταθέντα καταπαύσας, ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν διὰ τῆς Θρηΐκης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.

ρϛ'. Κατέλιπε δὲ ἄνδρα τοιόνδε Μασκάμην γενόμενον, τῷ μούνῳ Ξέρξης δῶρα πέμπεσκε, ὡς ἀριστεύοντι πάντων ὅσους κατέστησε αὐτὸς ἢ Δαρεῖος ὑπάρχους· πέμπεσκε δὲ ἀνὰ πᾶν ἔτος· ὡς δὲ καὶ Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξεω, τοῖσι Μασκαμείοισι ἐκγόνοισι. κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσιος ὕπαρχοι ἐν τῇ Θρηΐκῃ καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου πανταχῇ. οὗτοι ὦν πάντες, οἵ τε ἐκ Θρηΐκης καὶ τοῦ

Xerxes ad risum versus nulla indignatione permotus est, sed comiter hominem remisit. Post Demarati colloquium, ubi Dorisci illi præfecit prætorem Mascamem Megadostis filium, amoto eo, quem Darius præfecerat, iri cum exercitu per Thraciam adversus Græciam pergit.

106. Huic Mascami, quem illic reliquit Xerxes, uni tanquam omnium prætorum præstantissimo quos ipse aut Darius constituisset, dona quotannis misit; et item ejus posteris Artaxerxes filius Xerxis. Etenim ante hanc expeditionem in Thracia et in Hellesponto ubique prætores fuerant, qui omnes post eandem expeditionem a

Ἑλλησπόντου, πλὴν τοῦ ἐν Δορίσκῳ, ὑπὸ Ἑλλήνων ὕστερον ταύτης τῆς στρατηλασίης ἐξῃρέθησαν. τὸν δὲ ἐν Δορίσκῳ Μασκάμην οὐδαμοί κω ἐδυνάσθησαν ἐξελεῖν, πολλῶν πειρησαμένων. διὰ τοῦτο δέ οἱ τὰ δῶρα πέμπεται παρὰ τοῦ βασιλεύοντος αἰεὶ ἐν Πέρσῃσι.

ρη'. Τῶν δὲ ἐξαιρεθέντων ὑπὸ Ἑλλήνων οὐδένα βασιλεὺς Ξέρξης ἐνόμισε εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν, εἰ μὴ Βόγην μοῦνον τὸν ἐξ Ἠϊόνος. τοῦτον δὲ αἰνέων οὐκ ἐπαύετο, καὶ τοὺς περιεόντας αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι παῖδας ἐτίμα μάλιστα. ἐπεὶ καὶ ἄξιος αἴνου μεγάλου ἐγένετο Βόγης· ὃς, ἐπειδὴ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδεω, παρεὸν αὐτῷ ὑπόσπονδον ἐξελθεῖν καὶ νοστῆσαι ἐς τὴν Ἀ-

---

Græcis ejecti sunt et e Thracia et ex Hellesponto, præterquam iste in Dorisco, quippe hunc in Dorisco Mascamem nulli unquam, etsi multi conati fuerint, tamen ejicere nequierunt: ob id huic ab eo qui semper in Persis regnat, dona mittuntur.

107. Eorum vero qui a Græcis expulsi sunt, neminem rex Xerxes virum egregium esse dixit, præter unum Bogem ex Eione, quem laudare non desinebat, ejusque qui superfuere liberos maximo inter Persas honore prosequebatur. Siquidem magnis ferri laudibus Boges meruit: qui quum ab Atheniensibus et Cimone Miltiades filio obsideretur, liceretque ei accepta fide egredi et in Asiam remeare, tamen abnuit, ne regi

σίην, οὐκ ἐθέλησε, μὴ δειλίῃ δόξειε περιεῖναι βασιλέϊ, ἀλλὰ διεκαρτέρεε ἐς τὸ ἔσχατον. ὡς δ' οὐδὲν ἔτι φορβῆς ἐνῆν ἐν τῷ τείχεϊ, συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἔσφαξε τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς, καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ. μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν χρυσὸν ἅπαντα τὸν ἐκ τοῦ ἄστεος καὶ τὸν ἄργυρον ἔσπειρε ἀπὸ τοῦ τείχεος ἐς τὸν Στρυμόνα. ποιήσας δὲ ταῦτα, καὶ ἑωϋτὸν ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ. οὕτω μὲν οὗτος δικαίως αἰνέεται ἔτι καὶ ἐς τόδε ὑπὸ Περσέων.

ρζ'. Ξέρξης δὲ ἐκ τοῦ Δορίσκου ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· τοὺς δὲ αἰεὶ γινομένους ἐμποδὼν, συστρατεύεσθαι ἠνάγκαζε· ἐδεδούλωτο γὰρ, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, ἡ μέχρι Θεσσαλίης πᾶσα, καὶ ἦν ὑπὸ βασιλῆα δασμοφόρος, Μεγαβάζου τε καταστρεψαμένου,

---

præ metu superfuisse videretur, sed ad extremum usque perstitit: atque ubi nihil in mœnibus commeatus reliquum fuit, collato ingenti rogo, interemit liberos, conjugem, concubinas, familiam, eosque mox in ignem injecit: dehinc omne aurum urbis atque argentum e muro dispersit in Strymonem: his actis, etiam semetipsum misit in ignem. Ita hic merito a Persis ad hoc usque tempus celebratur.

108. Xerxes e Dorisco in Græciam tendens, ut quosque populos adibat, secum militare cogebat. Erat autem, ut superius a me expositum est, omnis ad Thessaliam usque tractus in ditionem redactus et regi tributarius effectus a Megabazo

καὶ ὕστερον Μαρδονίου. παραμείβετο δὲ πορευόμενος ἐκ Δορίσκου, πρῶτα μὲν τὰ Σαμοθρηΐκια τείχεα, τῶν ἐσχάτη πεπόλισται πρὸς ἑσπέρην πόλις τῇ οὔνομά ἐστι Μεσαμβρίη· ἔχεται δὲ ταύτης Θασίων πόλις, Στρύμη· διὰ δέ σφεων τοῦ μέσου Λίσσος ποταμὸς διαῤῥέει· ὃς τότε οὐκ ἀντέσχε τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε· ἡ δὲ χώρη αὕτη πάλαι μὲν ἐκαλέετο Γαλαϊκὴ, νῦν δὲ Βριαντική. ἔστι μέντοι τῷ δικαιοτάτῳ τῶν λόγων καὶ αὕτη Κικόνων.

ρθ΄. Διαβὰς δὲ τοῦ Λίσσου ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον ἀποξηρασμένον, πόλις Ἑλληνίδας τάσδε παραμείβετο, Μαρώνειαν, Δικαίαν, Ἄβδηρα. ταύτας τε δὴ παρεξήϊε, καὶ κατὰ ταύτας, λίμνας ὀνομαστὰς τάσδε· Μαρωνείης μὲν μεταξὺ καὶ Στρύμης κειμένην Ἰσμαρίδα·

---

et mox a Mardonio. Digressus a Dorisco, præteriit primum Samothracica castella, quorum ultimum oppidum ad vesperam situm est, nomine Mesambria, cui vicinum est oppidum Thasiorum, Stryma: quæ oppida interfluit amnis Lissus, cujus aqua tunc non suffecit copiis Xerxis, sed defecit. Hæc olim regio vocabatur Galaica, nunc autem Briantica; quæ tamen optimo jure Ciconum est.

109. Transmisso alveo fluminis Lissi arefacto, Xerxes has Græcas urbes prætergessus est: Maroneam, Dicæam, Abdera, eas inquam præteriit, et has quæ juxta eas sunt, nominis clarissmi paludes, Ismaridem, quæ Maro-

κατὰ δὲ Δικαίαν, Βιστονίδα, ἐς τὴν ποταμοὶ δύο ἐσεῖσι τὸ ὕδωρ, Τραῦός τε καὶ Κόμψατος. κατὰ δὲ Ἄβδηρα, λίμνην μὲν οὐδεμίην ἐοῦσαν οὐνομαστὴν παραμείψατο Ξέρξης, ποταμὸν δὲ Νέστον, ῥέοντα ἐς θάλασσαν. μετὰ δὲ ταύτας τὰς χώρας ἰὼν τὰς ἠπειρώτιδας πόλις παρήϊε· τῶν ἐν μιῇ λίμνη ἐοῦσα τυγχάνει ὡσεὶ τριήκοντα σταδίων μάλιστά κη τὴν περίοδον, ἰχθυώδης τε καὶ κάρτα ἁλμυρή. ταύτην τὰ ὑποζύγια μοῦνα ἀρδόμενα ἀνεξήρηνε· τῇ δὲ πόλι ταύτῃ οὔνομά ἐστι Πίστυρος. ταύτας μὲν δὴ τὰς πόλις τὰς παραθαλασσίας τε καὶ Ἑλληνίδας ἐξ εὐωνύμου χειρὸς ἀπέργων παρεξήϊε.

ρί. Ἔθνεα δὲ Θρηΐκων, δι' ὧν τῆς χώρης ὁδὸν ἐποιέετο, τοσάδε· Παῖτοι, Κικόνες, Βί-

---

neam Strymamque interjacet: Bistonidem Dicææ contiguam, in quam duo flumina ingrediuntur, Travus et Compsatus. Juxta Abdera autem nullum nobilem lacum præteriit Xerxes, sed fluvium Nestum mare subeuntem. Post has regiones pergens mediterraneas urbes præteriit: in quarum una est lacus triginta ferme stadiorum in circuitu, piscosus et admodum salsus: quem sola jumenta quum aquarentur exsiccavere. Huic urbi nomen est Pistyrus. Has urbes et maritimas et Græcas sinistrorsum relinquens præteriit Xerxes.

110. Per quas autem gentes Thraciæ iter fecit, hæ sunt: Pæti, Cicones, Bistones, Sapæi, Dersæi, Edoni, Satræ. Quarum

στονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοὶ, Σάτραι. τουτέων οἱ μὲν παρὰ θάλασσαν κατοικημένοι ἐν τῇσι νηυσὶ εἵποντο· οἱ δὲ αὐτέων τὴν μεσόγαιαν οἰκέοντες, καταλεχθέντες τε ὑπ' ἐμεῦ, πλὴν Σατρέων, οἱ ἄλλοι πάντες, πεζῇ ἀναγκαζόμενοι εἵποντο.

ρια΄. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλὰ διατελεῦσι τὸ μέχρι ἐμεῦ αἰεὶ ἐόντες ἐλεύθεροι μοῦνοι Θρηΐκων. οἰκεουσί τε γὰρ οὔρεα ὑψηλὰ, ἴδησί τε παντοίησι καὶ νιφάσι συνηρεφέα· καὶ εἰσὶ τὰ πολέμια ἄκροι· οὗτοι οἱ τοῦ Διονύσου τὸ μαντήϊον εἰσὶ ἐκτημένοι. τὸ δὲ μαντήϊον τοῦτο, ἔστι μὲν ἐπὶ τῶν οὐρέων τῶν ὑψηλοτάτων, Βησσοὶ δὲ τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ. πρόμαντις δὲ ἡ χρέουσα, κατάπερ ἐν Δελφοῖσι, καὶ οὐδὲν ποικιλώτερον.

---

quæ matritimæ erant, navibus sequutæ sunt: quæ vero mediterraneæ, quæ et commemoratæ sunt a me, præter Satras, ceteræ omnes pedestres sequi coactæ sunt.

111. Satræ nulli unquam hominum, quantum nos scimus, fuere subjecti, sed soli e Thracibus ad meam memoriam liberi semper perstitere. Editos enim montes incolunt omnigenis arboribus ac nivibus obsitos: suntque viri in re bellica eximii: apud quos oraculum est Liberi, idque in editissimis montibus. Ex Satris qui in illo templo vaticinantur, sunt Bessi: antistes vero quæ reddit responsa, quemadmodum Delphis, et nihilo magis varie.

ριβ΄. Παραμειψάμενος δὲ ὁ Ξέρξης τὴν εἰρημένην, δεύτερα τουτέων παραμείβετο τείχεα τὰ Πιέρων· τῶν δὲ ἑνὶ Φάγρης ἐστὶ οὔνομα, καὶ ἑτέρῳ Πέργαμος. ταύτῃ μὲν δὴ παρ᾽ αὐτὰ τὰ τείχεα τὴν ὁδὸν ἐποιέετο, ἐκ δεξιῆς χερὸς τὸ Πάγγαιον οὖρος ἀπέργων, ἐὸν μέγα τε καὶ ὑψηλὸν, ἐν τῷ χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ἔνι μέταλλα· τὰ νέμονται Πίερές τε καὶ Ὀδόμαντοι, καὶ μάλιστα Σάτραι.

ριγ΄. Ὑπεροικέοντας δὲ τὸ Πάγγαιον πρὸς βορέω ἀνέμου, Παίονας, Δόβηράς τε καὶ Παιόπλας παρεξιὼν, ἤϊε πρὸς ἑσπέρην· ἐς ὃ ἀπίκετο ἐπὶ ποταμόν τε Στρύμονα καὶ πόλιν Ἠϊόνα, τῆς ἔτι ζωὸς ἐὼν ἦρχε Βόγης, τοῦπερ ὀλίγῳ πρότερον τούτων λόγον ἐποιεύμην. ἡ δὲ γῆ αὕτη ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος, καλέεται Φυλλὶς, κατατείνουσα, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέρην,

112. Peragrata autem quam dixi regione, Xerxes secundo loco transiit castella Pierum, quorum uni nomen est Phagreti, alteri Pergamo. Et hac quidem iter propter eas arces faciebat, a manu dextera relinquens montem Pangæum, magnum atque excelsum, in quo aurea sunt et argentea metalla, quæ cum Pieres et Odomanti, tum præcipue Satræ exercent.

113. Super Pangæum ad aquilonem habitantes Pæones, Doberes et Pæoplæ prætergressus Xerxes, occasum versus contendit, donec ad flumen Strymonem pervenit, et urbem Eionem, cujus prætor Boges, cujus paulo ante feci mentionem, adhuc vivebat. Regio autem hæc Pan-

ἐπὶ ποταμὸν Ἀγγίτην, ἐκδιδόντα ἐς τὸν Στρυμόνα· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην, τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν οἱ μάγοι ἐκαλλιερέοντο, σφάζοντες ἵππους λευκούς.

ριδ΄. Φαρμακεύσαντες δὲ ταῦτα ἐς τὸν ποταμὸν, καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τούτοισι, ἐν Ἐννέα Ὁδοῖσι τῇσι Ἠδωνῶν, ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γεφύρας, τὸν Στρυμόνα εὑρόντες ἐξευγμένον. Ἐννέα δὲ Ὁδοὺς πυνθανόμενοι τὸν χῶρον τοῦτον καλέεσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παῖδάς τε καὶ παρθένους ἀνδρῶν τῶν ἐπιχωρίων ζώοντας κατώρυσσον. Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν· ἐπεὶ καὶ Ἄμηστριν τὴν Ξέρξεω γυναῖκα πυνθάνομαι γηράσασαν δὶς ἑπτὰ ἐόντων ἐπιφανέων Περσέων παῖδας ὑπὲρ ἑωϋτῆς τῷ ὑπὸ γῆν λεγομένῳ εἶναι θεῷ ἀντιχαρίζεσθαι κατορύσσουσαν.

---

græo monti circumjecta nominatur Phyllis; hinc occasum versus porrecta ad fluvium Angitem, qui Strymonem intrat: hinc meridiem versus ad ipsum Strymonem, in quem magi mactatis equis candidis litaverunt.

114. His et aliis compluribus incantamentis in flumen factis, per Novem vias Edonorum iere ad pontes, Strymonem junctum invenientes. Audientes autem eum locum Novem vias appellari, totidem illic pueros ac virgines virorum indigenarum vivos defoderunt. Persicum enim est defodere viventes: nam et Amestrin Xerxis uxorem, jam provectæ ætatis, audio bis septem illustrium Persarum liberos defodisse, sic gratificantem deo, qui sub terra esse fertur.

ριέ. Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατὸς, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἔστι αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήϊε. αὕτη δὲ, καὶ ἡ κατύπερθε ταύτης, καλέεται Βισαλτίη. ἐνθεῦτεν δὲ κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιδηΐου ἐξ ἀριστερῆς χερὸς ἔχων, ἤϊε διὰ Συλέος πεδίου καλεομένου, Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα παραμειβόμενος· καὶ ἀπίκετο ἐς Ἄκανθον, ἅμα ἀγόμενος τουτέων ἕκαστον τῶν ἐθνέων, καὶ τῶν περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος οἰκεόντων, ὁμοίως καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα· τοὺς μὲν παρὰ θάλασσαν ἔχων οἰκημένους, ἐν νηυσὶ στρατευομένους· τοὺς δ' ὑπὲρ θαλάσσης, πεζῇ ἑπομένους. τὴν δὲ ὁδὸν ταύτην τῇ βασιλεὺς Ξέρξης τὸν στρατὸν ἤλασε, οὔτε συγχέουσι Θρήϊκες, οὔτ'

---

115. Ubi a Strymone progressus est exercitus, illic ad solis occasum est litus, in quo sitam urbem Græcam nomine Argilum præteriit: hæc et quæ super eam est regio, vocatur Bisaltia. Illinc autem, sinum ad Neptuni templum a læva manu habens, processit trans campum nomine Syleum, præteriens Stagirum Græciam urbem, pervenitque Acanthum, ducens simul unumquemque horum populorum, et item ex accolis montis Pangæi, et ex illis quos superius commemoravi: iis qui maritimi erant, classe, qui procul a mari aberant terrestri itinere sequentibus. Hanc autem viam qua rex Xerxes duxit exercitum, Thraces neque confundunt, neque serunt, sed ad mea usque

ἐπισπείρουσι· σέβονταί τε μεγάλως τὸ μέχρι ἐμεῦ.

ρις'. Ὡς δὲ ἄρα ἐς τὴν Ἄκανθον ἀπίκετο, ξεινίην τε ὁ Πέρσης τοῖσι Ἀκανθίοισι προεῖπε, καὶ ἐδωρήσατό σφεας ἐσθῆτι Μηδικῇ· ἐπαίνεέ τε, ὁρέων αὐτοὺς προθύμους ἐόντας ἐς τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ὄρυγμα ἀκούων.

ριζ'. Ἐν Ἀκάνθῳ δὲ ἐόντος Ξέρξεω, συνήνεικε ὑπὸ νούσου ἀποθανεῖν τὸν ἐπεστεῶτα τῆς διώρυχος Ἀρταχαίην, δόκιμον ἐόντα παρὰ Ξέρξῃ, καὶ γένος Ἀχαιμενίδην, μεγάθεΐ τε μέγιστον ἐόντα Περσέων· ἀπὸ γὰρ πέντε πηχέων βασιληΐων ἀπέλιπε τέσσερας δακτύλους· φωνέοντά τε μέγιστον ἀνθρώπων· ὥστε Ξέρξεα, συμφορὴν ποιησάμενον μεγάλην, ἐξενεῖκαί τε αὐτὸν κάλλιστα καὶ θάψαι. ἐτυμβο-

---

tempora magnopere venerantur.

116. Posteaquam autem Acanthum pervenit, Persa Acanthiis hospitii jus obtulit, eosque Medica veste donavit: laudavitque quod alacres cerneret esse ad bellum, quodque audiret de fossa.

117. Xerxe autem apud Acanthum agente contigit, ut Artachæes, qui fossæ faciundæ præfuerat, morbo decederet, vir Xerxi spectatus, genere Achæmenides, statura inter Persas procerissima, quippe cui quatuor digiti deerant a longitudine quinque regiorum cubitorum; clamabatque maxime præ aliis. Xerxes magno damno ducens eum fato functum, apparatissime funeravit, inferias illi faciente

χόεε δὲ πᾶσα ἡ στρατιή. τούτῳ δὲ τῷ Ἀρταχαίῃ θύουσι Ἀκάνθιοι ἐκ θεοπροπίου, ὡς ἥρωϊ, ἐπονομάζοντες τὸ οὔνομα. βασιλεὺς μὲν δὴ Ξέρξης, ἀπολομένου Ἀρταχαίεω, ἐποιέετο συμφορήν.

ριή. Οἱ δὲ ὑποδεκόμενοι Ἑλλήνων τὴν στρατιὴν, καὶ δειπνίζοντες Ξέρξεα, ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο, οὕτω ὥστε ἀνάστατοι ἐκ τῶν οἰκίων ἐγίνοντο· ὅκου γε Θασίοισι ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίων τῶν σφετέρων δεξαμένοισι τὴν Ξέρξεω στρατιὴν, καὶ δειπνίσασι, Ἀντίπατρος ὁ Ὀργέος ἀραιρημένος τῶν ἀστῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, ἀπέδεξε ἐς τὸ δεῖπνον τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου τετελεσμένα.

ριθ'. Ὡς δὲ παραπλησίως καὶ ἐν τῇσι

---

toto exercitu: cui tanquam heroi ex oraculo Acanthii sacrificant, nomine eum nuncupantes. Ex rex quidem Xerxes amisso Artachæe jacturam se fecisse existimabat.

118. At ii Græci qui exercitum excipiebant, quum Xerxi cœnam præberent, in omnem miseriam devenere, adeo quidem ut suis laribus fierent extorres; ubi Thasiis pro suis urbibus, quæ in continente, accipientibus, Xerxis copias et cœnam iis præbentibus, Antipater Orgis filius, electus vir inter cives quam maxime probatus, erogavit in cœnam quadringenta pecuniæ inpensa talenta.

119. Sicuti consimiliter aliis

ἄλλῃσι πόλισι οἱ ἐστεῶτες ἀπεδείκνυσαν τὸν λόγον· τὸ γὰρ δεῖπνον τοιόνδε τι ἐγένετο, οἷα ἐκ πολλοῦ χρόνου προειρημένον καὶ περὶ πολλοῦ ποιεύμενον. τοῦτο μὲν, ὡς ἐπύθοντο τάχιστα τῶν κηρύκων τῶν περιαγγελλόντων, δασάμενοι σῖτον ἐν τῇσι πόλισι οἱ ἀστοὶ, ἄλευρά τε καὶ ἄλφιτα ἐποίευν πάντες ἐπὶ μῆνας συχνούς· τοῦτο δὲ, κτήνεα σιτεύεσκον, ἐξευρίσκοντες τιμῆς τὰ κάλλιστα, ἔτρεφόν τε ὄρνιθας χερσαίους, καὶ λιμναίους, ἔν τε οἰκήμασι καὶ λάκκοισι, ἐς ὑποδοχὰς τοῦ στρατοῦ· τοῦτο δὲ, χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ποτήριά τε καὶ κρητῆρας ἐποιεῦντο, καὶ τἄλλα ὅσα ἐπὶ τράπεζαν τιθεάται πάντα. ταῦτα μὲν δὴ αὐτῷ τε βασιλέϊ καὶ τοῖσι ὁμοσίτοισι μετ' ἐκείνου ἐπεποίητο· τῇ δὲ ἄλ-

---

in urbibus ad eam rem constituti proposuere rationem. Tale enim convivium parabatur, utpote jampridem indictum, et multa cura instructum ; partim quidem simulatque audiverunt præcones passim annunciantes, tunc vero oppidani frumentum quod in urbibus erat, inter se testributum in farinam et puldim omnes redigebant ad complures menses : partim pecora saginabant pretio optima reperientes et altiles aves habebant terrestres palustresque in caveis et in vivariis, ad excipiendum exercitum : partim etiam aurea argenteaque pocula et crateres faciebant, et cetera omnia quæ ad mensam ponuntur. Hæc quidem ipsi regi et iis qui cum illo vescebantur, fiebant ; cete-

λῃ στρατιῇ, τὰ ἐς φορβὴν μοῦνα τασσόμενα. ὅκως δὲ ἀπίκοιτο ἡ στρατιὴ, σκηνὴ μὲν ἔσκε πεπηγυῖα ἑτοίμη, ἐς τὴν αὐτὸς σταθμὸν ποιέεσκετο Ξέρξης· ἡ δὲ ἄλλη στρατιὴ ἔσκε ὑπαίθριος. ὡς δὲ δείπνου γίνοιτο ὥρη, οἱ μὲν δεκόμενοι ἔχεσκον πόνον, οἱ δὲ, ὅκως πλησθέντες νύκτα αὐτοῦ ἀγάγοιεν, ἐν τῇ ὑστεραίῃ τήν τε σκηνὴν ἀνασπάσαντες, καὶ τὰ ἔπιπλα πάντα λαβόντες, οὕτω ἀπελαύνεσκον, λείποντες οὐδὲν, ἀλλὰ φερόμενοι.

ρκ'. Ἔνθα δὴ Μεγακρέοντος ἀνδρὸς Ἀβδηρίτεω ἔπος εὖ εἰρημένον ἐγένετο, ὃς συνεβούλευσε Ἀβδηρίτῃσι, πανδημεὶ, αὐτοὺς καὶ γυναῖκας, ἐλθόντας ἐς τὰ σφέτερα ἱρὰ, ἵζεσθαι ἱκέτας τῶν θεῶν, παραιτεομένους καὶ τὸ λοιπόν σφι ἀπαμύνειν τῶν ἐπιόντων κακῶν τὰ

---

ro autem exercitui, quæ ad esum duntaxat imperata erant : adveniente autem exercitu, tabernaculum stetit fixum paratumque, in quo mansionem caperet rex ; reliqui sub dio agebant. Ubi tempus cœnæ aderat, illi sane, qui excipiebant distinebantur labore : isti vero, quum expleti noctem illic exegerant, postero die revulso tentorio et omni paratu sumpto, ita abscedebant, nihil relinquentes, sed omnia asportantes.

120. Unde Megacreontis viri Abderitæ elegans dictum extitit, qui suasit Abderitis, ut universi, mares pariter ac feminæ, sua delubra adirent, suppliciterque diis assidentes precarentur, ut posthac dimidium futurorum malorum a se propulsaretur :

ἡμίσεα· τῶν τε παροιχομένων ἔχειν σφι μεγάλην χάριν, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης οὐ δὶς ἑκάστης ἡμέρης ἐνόμισε σῖτον αἱρέεσθαι· παρέχειν γὰρ ἂν Ἀβδηρίτῃσι, εἰ καὶ ἄριστον προείρητο ὁμοῖα τῷ δείπνῳ παρασκευάζειν, ἢ μὴ ὑπομένειν Ξέρξεα ἐπιόντα, ἢ καταμείναντας, κάκιστα πάντων ἀνθρώπων διατριβῆναι.

ρκα΄. Οἱ μὲν δὴ πιεζόμενοι, ὁμοίως τὸ ἐπιτασσόμενον ἐπετέλεον. Ξέρξης δὲ ἐκ τῆς Ἀκάνθου ἐντειλάμενος τοῖσι στρατηγοῖσι τὸν ναυτικὸν στρατὸν ὑπομένειν ἐν Θέρμῃ, ἀπῆκε ἀπ᾽ ἑωϋτοῦ τὰς νέας πορεύεσθαι· Θέρμη δὲ τῇ ἐν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ οἰκημένῃ, ἀπ᾽ ἧς καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει· ταύτῃ γὰρ, ἐπυνθάνετο συντομώτατον εἶναι. μέχρι μὲν γὰρ Ἀκάνθου ὧδε τεταγμένος ὁ

---

nam de præteritis magnam se gratiam illis habere, quod rex Xerxes non bis quotidie cibum capere consuesset. Fore enim ut Abderitæ, si juberentur etiam prandium simile cœnæ instruere, aut non præstolarentur Xerxem advenientem, aut præstolati, pessime inter omnes homines affligerentur.

121. Et isti quidem quanquam gravate, tamen quod sibi imponebatur exsequebantur: Xerxes vero ex Acantho duces classis a se dimisit, jussos ad Thermam cum classis se opperiri. Est autem Therma in Thermæo sinu sita, a qua ipse sinus habet cognomen. Hanc enim compendiariam magis viam esse audiebat: nam e Dorisco ad Acanthum usque ita instructus

στρατὸς ἐκ Δορίσκου τὴν ὁδὸν ἐποιέετο. τρεῖς μοίρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα τὸν πεζὸν στρατὸν, μίαν αὐτέων ἔταξε παρὰ θάλασσαν ἰέναι ὁμοῦ τῷ ναυτικῷ· ταύτης μὲν δὴ ἐστρατήγεον Μαρδόνιός τε καὶ Μασίστης. ἑτέρη δὲ τεταγμένη ἤϊε τοῦ στρατοῦ τριτημορὶς τὴν μεσόγαιαν, τῆς ἐστρατήγεον Τριταντταίχμης τε καὶ Γέργις. ἡ δὲ τρίτη τῶν μοιρέων μετ' ἧς ἐπορεύετο αὐτὸς ὁ Ξέρξης, ἤϊε μὲν τὸ μέσον αὐτέων, στρατηγοὺς δὲ παρείχετο Σμερδομένεά τε καὶ Μεγάβυζον.

ρκβ'. Ὁ μέν νυν ναυτικὸς στρατὸς, ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω, καὶ διεξέπλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ γενομένην, διέχουσαν δὲ ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἀσσά τε πόλις καὶ Πίλωρος καὶ Σίγγος καὶ Σάρτη οἴκηνται. ἐνθεῦτεν, ὡς καὶ ἐκ τουτέων τῶν πολίων στρατιὴν παρέλα-

exercitus iter fecerat, tripartito divisus omnis, jussu Xerxes; ut una pars secundum mare iret pariter cum classe, cui parti præerant Mardonius et Masistes: altera per mediterranea, cui præerant Tritantæchmes et Gergis: tertia inter has media, cum qua Xerxes ipsa incedebat, ducibus Smerdomene et Megabyzo.

122. Nauticus porro exercitus ubi a Xerxe discessit, fossam enavigavit in Atho depressam, ac perductam ad sinum, in quo Assa et Pilorus et Singus et Sarta urbes sitæ sunt. Ex quibus sumpto commilitio, perrexit ire ad sinum Thermæum: circumvectusque Ampelon promontorium Toronæum, præter-

βε, ἔπλεε ἀπιέμενος ἐς τὸν Θερμαῖον κόλπον. κάμπτων δὲ Ἄμπελον τὴν Τορωναίην ἄκρην, παραμείβετο Ἑλληνίδας τάσδε πόλις, ἐκ τῶν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε, Τορώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερναν, Ὄλυνθον. ἡ μέν νυν χώρη αὕτη, Σιθωνίη καλέεται.

ρκγ΄. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω, συντάμνων ἀπ' Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίην ἄκρην, τὸ δὴ πάσης τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεῦτεν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε ἐκ Ποτιδαίης, καὶ Ἀφύτιος, καὶ Νέης πόλιος, καὶ Αἰγῆς, καὶ Θεράμβω, καὶ Σκιώνης, καὶ Μένδης, καὶ Σάνης. αὗται γάρ εἰσι αἱ τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην νεμόμεναι. παραπλέων δὲ καὶ ταύτην τὴν χώρην, ἔπλεε ἐς τὸ προειρημένον, παραλαμβάνων στρατιὴν καὶ ἐκ

---

navigavit has Græcas urbes, unde et naves et commilitium sumpsit, Toronam, Galepson, Sermylam, Mecybernam, Olynthum: quæ regio nunc Sithonia nominatur.

123. Ab eo promontorio Ampelo corripiens cursum usque ad promontorium Canastræum, quod ex tota Pallene prominet maxime, illinc quoque et naves et commilitium sumpsit, ex Potidæa, ex Aphyti, ex Neapoli, ex Æga, ex Therambo, ex Sciona, ex Menda, ex Sana. Hæ sunt urbes sitæ nunc in Pallena, Phlegra prius appellata. Præternavigata hac etiam regione, ad præstitutum locum pervenit, sumptis etiam militibus e vici

τῶν προσεχέων πολίων τῇ Παλλήνῃ, ὁμουρεουσέων δὲ τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ· τῇσι οὐνόματά ἐστι τάδε, Λίπαξος, Κώμβρεια, Λίσαι, Γίγωνος, Κάμψα, Σμίλα, Αἴνεια. ἡ δὲ τουτέων χώρη, Κροσσαίη ἔτι καὶ ἐς τόδε καλέεται. ἀπὸ δὲ Αἰνείης, ἐς τὴν ἐτελεύτων καταλέγων τὰς πόλις, ἀπὸ ταύτης ἤδη ἐς αὐτόν τε τὸν Θερμαῖον κόλπον ἐγίνετο τῷ ναυτικῷ στρατῷ πλόος, καὶ γῆν τὴν Μυγδονίην. πλέων δὲ ἀπίκετο ἔς τε τὴν προειρημένην Θέρμην, καὶ Σινδόν τε πόλιν καὶ Χαλέστρην, ἐπὶ τὸν Ἄξιον ποταμὸν, ὃς οὐρίζει χώρην τὴν Μυγδονίην τε καὶ Βοττιαΐδα· τῆς ἔχουσι τὸ παρὰ θάλασσαν στεινὸν χωρίον πόλις Ἰχναί τε καὶ Πέλλα.

ρκδ΄. Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς, αὐτοῦ

---

nis Pallenæ urbibus ac Thermæo sinui conterminis: quibus hæc nomina sunt, Lipaxus, Combrea, Disæ, Gigonus, Compsa, Smila, Ænea: quarum regio adhuc Crossæa nominatur. Ab Ænea autem, in qua finis enumerandarum urbium mihi factus est, jam ad ipsum Thermæum sinum cursus classi extitit, et ad terram Mygdoniam: donec ad Thermam, quo præceptum erat, perventum est, et ad urbem Sindum, et ad Chalestram super Axium sitam flumen, quod Mygdoniam terram dirimit a Bottiæide: cujus terræ Bottiæidis arctum ad mare locum obtinent urbes Ichnæ et Pella.

124. Hic navales copiæ circa

περὶ Ἄξιον ποταμὸν, καὶ πόλιν Θέρμην, καὶ τὰς μεταξὺ πόλις τουτέων, περιμένων βασιλῆα, ἐστρατοπεδεύετο. Ξέρξης δὲ καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς ἐπορεύετο ἐκ τῆς Ἀκάνθου, τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ, βουλόμενος ἐς τὴν Θέρμην ἀπικέσθαι. ἐπορεύετο δὲ διὰ τῆς Παιονικῆς καὶ Κρηστωνικῆς ἐπὶ ποταμὸν Ἐχείδωρον, ὃς ἐκ Κρηστωναίων ἀρξάμενος, ῥέει διὰ Μυγδονίης χώρης, καὶ ἐξίει παρὰ τὸ ἕλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ.

ρκέ. Πορευομένῳ δὲ ταύτῃ, λέοντές οἱ ἐπεθήκαντο τῇσι σιτοφόροισι καμήλοισι. καταφοιτέοντες γὰρ οἱ λέοντες τὰς νύκτας, καὶ λείποντες τὰ σφέτερα ἤθεα, ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἅπτοντο οὔτε ὑποζυγίου, οὔτε ἀνθρώπου, οἱ δὲ τὰς καμήλους ἐκεράϊζον μούνας. θωϋ-

flumen Axium et urbem Thermam et alias in medio harum urbes stativa habuere, regem opperientes. Huc pervenire volens Xerxes, Acantho profectus cum terrestribus copiis mediterraneam viam sequebatur, peragrans Pæonicum agrum atque Crestonicum, super amnem Echidorum, qui e Crestonæis initio sumpto, per terram Mygdoniam fluens, propter paludem quæ est supra Axium evolvitur.

125. Hac iter faciente Xerxe, leones impetum dederunt in camelos, qui commeatum portabant. Sub noctem enim relictis locis consuetis eo descendebant, nulloque alio neque jumento neque homine tacto in camelos solos grassati sunt. Cu-

μάζω δὲ τὸ αἴτιον, ὅ, τί κοτε ἦν, τῶν ἄλλων τὸ ἀναγκάζον ἀπεχομένους τοὺς λέοντας, τῇσι καμήλοισι ἐπιτίθεσθαι· τὸ μήτε πρότερον ὀπώπεσαν θηρίον μήτ᾽ ἐπεπειρέατο αὐτοῦ.

ρκϛʹ. Εἰσὶ δὲ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία καὶ λέοντες πολλοὶ, καὶ βόες ἄγριοι, τῶν τὰ κέρεα ὑπερμεγάθεά ἐστι, τὰ ἐς τοὺς Ἕλληνας φοιτέοντα. οὖρος δὲ τοῖσι λέουσί ἐστι ὅ, τε δι᾽ Ἀβδήρων ῥέων ποταμὸς Νέστος, καὶ ὁ δι᾽ Ἀκαρνανίης ῥέων Ἀχελῷος. οὔτε γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τοῦ Νέστου οὐδαμόθι πάσης τῆς ἔμπροσθεν Εὐρώπης ἴδοι τὶς ἂν λέοντα, οὔτε πρὸς ἑσπέρης τοῦ Ἀχελῴου ἐν τῇ ὑπολοίπῳ ἠπείρῳ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ μεταξὺ τουτέων τῶν ποταμῶν γίνονται.

ρκζʹ. Ὡς δὲ ἐς τὴν Θέρμην ἀπίκετο ὁ

---

jus caussam admiror, quæcunque illa, erat quod leones compelleret abstinentes ab aliis adoriri camelos: quod animal nunquam antea nec viderant nec experti illic fuerant.

126. Sunt autem per ea loca leones multi, et boves agrestes prægrandibus cornibus, quæ ad Græcos veniunt. Leonum autem terminus est hinc Nestus flumen per Abdera, inde Achelous per Acarnaniam fluens: nam neque ad auroram trans Nestum viserit quis leonem usquam gentium in Europa, aut trans Acheloum ad occidentem in reliqua continente: sed in horum fluviorum medio leones gignuntur.

127. Postquam autem Thermam venit Xerxes, ibi substitit,

Ξέρξης, ἵδρυσε αὐτοῦ τὴν στρατιήν. ἐπέσχε δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ στρατοπεδευόμενος τὴν παρὰ θάλασσαν χώρην τοσήνδε· ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης πόλιος καὶ τῆς Μυγδονίης, μέχρι Λυδίεώ τε ποταμοῦ καὶ Ἁλιάκμονος, οἳ οὐρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαιΐδα τε καὶ Μακεδονίδα, ἐς τὠϋτὸ ῥέεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγοντες. ἐστρατοπεδεύοντο μὲν δὴ ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισι οἱ βάρβαροι. τῶν δὲ καταλεχθέντων τουτέων ποταμῶν, ἐκ Κρηστωναίης ῥέων Ἐχείδωρος, μοῦνος οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος, ἀλλ' ἐπέλιπε.

ρκη'. Ξέρξης δὲ ὁρέων ἐκ τῆς Θέρμης οὔρεα τὰ Θεσσαλικὰ, τόν τε Ὄλυμπον καὶ τὴν Ὄσσαν, μεγάθεϊ ὑπερμήκεα ἐόντα, διὰ μέσου τε αὐτέων αὐλῶνα στεινὸν πυνθανόμενος εἶναι, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς, ἀκούων τε εἶναι

---

tantum ad mare spatii occupantibus castris, quantum est ab urbe Therma et Mygdonia usque ad Lydian et Haliacmona, qui amnes agrum Bottiæicum Macedonicumque terminant in eundem alveum confluentes. In his locis stativa habuere barbari: quibus ad potum solus ex iis qui commemorati sunt amnibus Echidorus e Crestonæis fluens non suppetiit, sed defecit.

128. Xerxes e Therma prospiciens Thessalicos montes, Olympum et Ossam, præcelsæ magnitudinis, audiensque in medio eorum canalem angustum esse, per quem fluit Peneus, et illic viam esse, quæ in Thessaliam fert, cupidine captus est

ταύτῃ ὁδὸν ἐς Θεσσαλίην φέρουσαν, ἐπεθύμησε πλώσας θεήσασθαι τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ· ὅτι τὴν ἄνω ὁδὸν ἔμελλε ἐλᾷν διὰ Μακεδόνων τῶν κατύπερθε οἰκημένων ἐς Περραιβοὺς παρὰ Γόννον πόλιν· ταύτῃ γὰρ ἀσφαλέστατον ἐπυνθάνετο εἶναι. ὡς δὲ ἐπεθύμησε, καὶ ἐποίεε ταῦτα. ἐσβὰς ἐς Σιδωνίην νέα, ἐς τήνπερ ἐσέβαινε αἰεὶ ὅκως τοι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι, ἀνέδεξε σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι, καταλιπὼν αὐτοῦ τὸν πεζὸν στρατόν. ἐπεὶ δὲ ἀπίκετο, καὶ ἐθεήσατο Ξέρξης τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ, ἐν θωΰματι μεγάλῳ ἐνέσχετο. καλέσας δε τοὺς κατηγεμόνας τῆς ὁδοῦ, εἴρετο εἰ τὸν ποταμόν ἐστι παρατρέψαντα, ἑτέρῃ ἐς θάλασσαν ἐξαγαγεῖν.

ρκθ΄. Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τοπα-

---

navigandi ad ostium Penei inspiciundum: quia superiorem viam tenenti erat eundum per Macedones superne habitantes ad Perræbos, præter Gonnum urbem: nam hac tutissimum iter esse audiebat. Atque ut concupivit, ita et fecit, itaque conscensa navi Sidonia, quam semper conscendebat quoties ei tale aliquid facere libebat, extulit signum ceteris quoque navibus solvendi, relictis illic terrestribus copiis. Eo postquam pervenit, ostium Penei contemplantem ingens admiratio quum subiret, accitos viæ ductores interrogavit nunquid flumen posset averti, ut alibi mare ingrederetur.

129. Narratur autem Thes-

λαιὸν εἶναι λίμνην, ὥστε γε συγκεκληϊσμένην πάντοθεν ὑπερμήκεσι οὔρεσι. τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς τὴν ἠῶ ἔχοντα, τό, τε Πήλιον οὖρος καὶ ἡ Ὄσσα ἀποκληΐει, συμμίσγοντα τὰς ὑπωρείας ἀλλήλοισι· τὰ δὲ πρὸς βορέω ἀνέμου, Οὔλυμπος· τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ ἄνεμον νότον, ἡ Ὄθρυς. τὸ μέσον δὲ τουτέων τῶν λεχθέντων οὐρέων ἡ Θεσσαλίη ἐστὶ, ἐοῦσα κοίλη. ὥστε ὦν ποταμῶν καὶ ἄλλων συχνῶν ἐς αὐτὴν ἐσβαλλόντων, πέντε δὲ τῶν δοκίμων μάλιστα τῶνδε, Πηνειοῦ, καὶ Ἀπιδανοῦ, καὶ Ὀνοχώνου, καὶ Ἐνιπέος, καὶ Παμίσου· οἱ μέν νυν ἐς τὸ πεδίον τοῦτο συλλεγόμενοι ἐκ τῶν οὐρέων τῶν περικληϊόντων τὴν Θεσσαλίην ὀνομαζόμενοι, δί ἑνὸς αὐλῶνος καὶ τούτου στεινοῦ, ἔκ-

---

salia quondam palus fuisse, utpote conclusa undique præaltis montibus: nam quæ ejus ad auroram spectant, ea Pelion mons et Ossa junctis inter se radicibus præcludunt; quæ ad ventum aquilonem Olympus; quæ ad occasum, Pindus; quæ ad meridiem et ventum austrum, Othrys: quod inter hos, quos dixi, montes medium, id Thessalia est, ita cava, ut cum alii frequentes amnes in eam influant, tum hi quinque maxime præcipui, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamisus: qui e montibus Thessaliam cingentibus in eam planitiem confluentes et nominibus cogniti, per unum canalem et eum arctum in mare evadunt, in unam aquam omnes ante redacti: et

ῥόον ἔχουσι ἐς θάλασσαν, προσυμμίσγοντες τὸ ὕδωρ πάντες ἐς τὠϋτό· ἐπεὰν δὲ συμμιχθέωσι τάχιστα, ἐνθεῦτεν ἤδη ὁ Πηνειὸς τῷ οὐνόματι κατακρατέων ἀνωνύμους τοὺς ἄλλους ποιέει εἶναι. τὸ δὲ παλαιὸν λέγεται, οὐκ ἐόντος κω τοῦ αὐλῶνος καὶ διεκρόου τούτου, τοὺς ποταμοὺς τούτους, καὶ πρὸς τοῖσι ποταμοῖσι τούτοισι τὴν Βοιβηΐδα λίμνην, οὔτε οὐνομάζεσθαι κατάπερ νῦν, ῥέειν τε οὐδὲν ἧσσον ἢ νῦν· ῥέοντας δὲ, ποιέειν τὴν Θεσσαλίην πᾶσαν πέλαγος. αὐτοὶ μέν νυν Θεσσαλοί φασι Ποσειδέωνα ποιῆσαι τὸν αὐλῶνα, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειός, οἰκότα λέγοντες. ὅστις γὰρ νομίζει Ποσειδέωνα τὴν γῆν σείειν, καὶ τὰ διεστεῶτα ὑπὸ σεισμοῦ, τοῦ θεοῦ τούτου ἔργα εἶναι κἂν ἐκεῖνο ἰδὼν, φαίη Ποσειδέωνα ποιῆσαι. ἔργον

simulac confluentem fecerunt. Peneus excellens suo nomine ceteros innominatos reddit. Fertur quondam, quum nondum esset hic canalis et effluxus, hos fluvios et præter eos paludem Bœbeidem non habuisse nomen, quemadmodum nunc, et tamen non minus quam nunc fluxisse, sed suis fluentis omnem Thessaliam effecisse pelagus. Ipsi quidem Thessali memorant Neptunum fecisse convallem, per quam meat Peneus, haud absurde sentientes: qui enim arbitratur Neptunum terram quatere, et quæ terræmotu diducta sunt, hujus dei esse opera, is etiam cernens hunc locum dixerit Neptunum fecisse: namque diduc-

γάρ ἐστι σεισμοῦ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, ἡ διάστασις τῶν οὐρέων.

ρλ΄. Οἱ δὲ κατηγεόμενοι, εἰρομένου Ξέρξεω εἰ ἔστι ἄλλη ἔξοδος ἐς θάλασσαν τῷ Πηνειῷ, ἐξεπιστάμενοι ἀτρεκέως εἶπον, "Βασι-
"λεῦ, ποταμῷ τούτῳ οὐκ ἔστι ἄλλη ἐξή-
"λυσις ἐς θάλασσαν κατήκουσα, ἀλλ ἥδε
"αὕτη· οὔρεσι γὰρ περιεστεφάνωται πᾶσα
"Θεσσαλίη." Ξέρξεα δὲ λέγεται εἰπεῖν πρὸς ταῦτα, "Σοφοὶ ἄνδρες εἰσὶ Θεσσα-
"λοί. ταῦτ' ἄρα πρὸ πολλοῦ ἐφυλάξαντο
"γνωσιμαχέοντες καὶ τἄλλα, καὶ ὅτι χώ-
"ρην ἄρα εἶχον εὐαίρετόν τε καὶ ταχυάλω-
"τον. τὸν γὰρ ποταμὸν πρῆγμα ἂν ἦ μοῦνον
"ἐπεῖναί σφεων ἐπὶ τὴν χώρην, χώματι ἐκ
"τοῦ αὐλῶνος ἐκβιβάσαντα, καὶ παρατρέ-

---

tio illa montium, ut mihi videtur, terræmotus est opus.

130. Xerxi autem interroganti nunquid alius foret exitus in mare Penei, duces viæ rem compertam habentes, Rex, inquiunt, nulli sunt huic flumini alibi in mare tendentes exitus, quam iste hic: cuncta enim undique montibus redimita Thessalia est. Ad hoc Xerxes dixisse fertur; Solertes sunt viri Thessalia, qui suæ sibi imbecillitatis conscii, jampridem cum alia custodiverunt, tum vero hoc, quod regionem habeant facilem occupatu, et mature expugnabilem. Solum enim hoc esse negotium, flumen, obstructo canali, aversoque alveo per quem meat, in eorum terram inducere, a quo omnis Thessalia præ-

"ψαντα δι' ὧν νῦν ῥέει ῥεέθρων· ὥστε Θεσ-
"σαλίην πᾶσαν ἔξω τῶν οὐρέων ὑπόβρυχα
"γενέσθαι." ταῦτα δὲ ἔχοντα ἔλεγε ἐς τοὺς Ἀλεύεω παῖδας, ὅτι πρῶτοι Ἑλλήνων ἐόντες Θεσσαλοὶ ἔδοσαν ἑωϋτοὺς βασιλέϊ· δοκέων ὁ Ξέρξης ἀπὸ παντός σφεας τοῦ ἔθνεος ἐπαγγέλλεσθαι φιλίην. εἴπας δὲ ταῦτα, καὶ θεησάμενος, ἀπέπλεε ἐς τὴν Θέρμην.

ρλα'. Ὁ μὲν δὴ περὶ Πιερίην διέτριβε ἡμέρας συχνάς. τὸ γὰρ δὴ οὖρος τὸ Μακεδονικὸν ἔκειρε τῆς στρατιῆς τριτημορὶς, ἵνα ταύτη διεξίῃ ἅπασα ἡ στρατιὴ ἐς Περραιβούς. οἱ δὲ δὴ κήρυκες οἱ ἀποπεμφθέντες ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ γῆς αἴτησιν, ἀπικέατο· οἱ μὲν, κεινοὶ, οἱ δὲ, φέροντες γῆν τε καὶ ὕδωρ.

ρλβ'. Τῶν δὲ δόντων ταῦτα ἐγένοντο οἵδε,

---

ter montes aquis mergeretur. Hæc vero Xerxes dixit filios Aleuæ respicientia, quoniam e Græcis primi hi sese Thessali regi tradiderant, ratus illos ab tota natione polliceri amicitiam. Hoc loquutus, et locum contemplatus, Thermam renavigavit.

131. Ubi complures dies circa Pieriam est commoratus, nam montem Macedonicum, ut illac in Perræbos omnis transiret exercitus, tertia ejus pars tondebat, eodem legati qui dimissi in Græciam fuerant ad terram petendam, regressi sunt partim inanes, partim terram et aquam ferentes.

132. Quam qui dederunt e•

Θεσσαλοὶ, Δόλοπες, Ἐνιῆνες, Περῤῥαιβοὶ, Λοκροὶ, Μάγνητες, Μηλιέες, Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῶται, καὶ Θηβαῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι Βοιωτοὶ, πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων. ἐπὶ τούτοισι οἱ Ἕλληνες ἔταμον ὅρκιον, οἱ τῷ βαρβάρῳ πόλεμον ἀειράμενοι. τὸ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε· ὅσοι τῷ Πέρσῃ ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς, Ἕλληνες ἐόντες, μὴ ἀναγκασθέντες, καταστάντων σφι εὖ τῶν πρηγμάτων, τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ. τὸ μὲν δὴ ὅρκιον ὧδε εἶχε τοῖσι Ἕλλησι.

ρλγ΄. Ἐς δὲ Ἀθήνας καὶ Σπάρτην οὐκ ἀπέπεμψε Πέρσης ἐπὶ γῆς αἴτησιν κήρυκας, τῶνδε εἵνεκα· πρότερον Δαρείου πέμψαντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ μὲν αὐτέων, τοὺς αἰτέοντας ἐς τὸ βάραθρον, οἱ δ' ἐς φρέαρ ἐσβαλόντες,

---

rum, hi fuere, Thessali, Dolopes, Enienes, Perræbi, Locri, Magnetes, Melienses, Achæi Phthiotæ, et Thebani, ceterique Bœoti præter Thespienses et Platæenses: adversus quos ii Græci qui bellum contra barbarum sumpserunt, conceperunt jusjurandum: id erat hoc exemplo. Quicunque Græci se ipsos dediderunt Persæ, non adacti necessitate, rebus suis bene constitutis' eos decimare deo qui Delphis est. Ita apud Græcos jusjurandum se habebat.

133. Xerxes autem neque Athenas neque Spartam legatos terram petitum miserat, ob id quod quos ante Darius ad hoc ipsum misisset, eorum alios isti in voraginem, alios in puteum dejecerant, jubentes eos illinc

ἐκέλευον γῆν τε καὶ ὕδωρ ἐκ τουτέων φέρειν παρὰ βασιλέα. τουτέων μὲν εἵνεκα οὐκ ἔπεμψε Ξέρξης τοὺς αἰτήσοντας. ὅ, τι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι ταῦτα ποιήσασι τοὺς κήρυκας συνήνεικε ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἶπαι, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηϊώθη. ἀλλὰ τοῦτο οὐ διὰ ταύτην τὴν αἰτίην δοκέω γενέσθαι.

ρλδ΄. Τοῖσι δὲ ὦν Λακεδαιμονίοισι μῆνις κατέσκηψε Ταλθυβίου τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος. ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλθυβίου ἱρόν· εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι, Ταλθυβιάδαι καλεόμενοι. τοῖσι αἱ κηρυκηΐαι αἱ ἐκ Σπάρτης πᾶσαι γέρας δίδονται. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖσι Σπαρτιήτῃσι καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο· τοῦτο δ' ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἦν σφι. ἀχθομένων δὲ καὶ συμφορῇ χρεομένων Λακε-

---

terram et aquam ferre ad regem. Hac de caussa nullos ad petendum misit. Et Atheniensibus quidem, quod ita legatos tractarint, quid triste contigerit non queo dicere, nisi quod eorum solum cum urbe vastatum est: quod tamen ipsum non ea caussa suspicor contigisse.

134. Lacedæmoniis vero ira Talthybii, qui fuit Agamemnonis præco, incubuit: est enim Spartæ Talthybii templum; sed et sunt ejus posteri Talthybiadæ nominati, quibus legationes Spartanæ omnes instar præmii tribuuntur. Itaque post eam rem Spartiatæ, quum læta exta eis immolantibus non essent, id-

δαιμονίων, ἁλίης τε πολλάκις συλλεγομένης, καὶ κήρυγμα τοιόνδε ποιευμένων, εἴ τις βούλοιτο Λακεδαιμονίων πρὸ τῆς Σπάρτης ἀποθνήσκειν, Σπερθίης τε ὁ Ἀνηρίστου καὶ Βοῦλις ὁ Νικόλεω, ἄνδρες Σπαρτιῆται, φύσει τε γεγονότες εὖ, καὶ χρήμασι ἀνήκοντες ἐς τὰ πρῶτα, ἐθελονταὶ ὑπέδυσαν ποινὴν τίσαι Ξέρξῃ τῷ Δαρείου κηρύκων τῶν ἐν Σπάρτῃ ἀπολομένων. οὕτω Σπαρτιῆται τούτους ὡς ἀποθανευμένους ἐς Μήδους ἀπέπεμψαν.

ρλε΄. Αὕτη τε ἡ τόλμα τουτέων τῶν ἀνδρῶν θωῦματος ἀξίη, καὶ τάδε πρὸς τούτοισι τὰ ἔπεα. πορευόμενοι γὰρ ἐς Σοῦσα, ἀπικνέονται παρὰ Ὑδάρνεα. ὁ δὲ Ὑδάρνης ἦν μὲν γένος Πέρσης, στρατηγὸς δὲ τῶν παραθαλασσίων ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ· ὅς σφεας,

---

que diu contingeret, pertæsi hujus calamitatis, cœtu frequenter coacto, hoc præconium ediderunt, siquis Lacedæmoniorum vellet pro Sparta occumbere. Tunc Sperthies Aneristi et Bulis Nicolai filius, viri Spartiatæ, et ingeniis egregii et opibus inter primos, ultro se obtulerunt ad solvendam Xerxi Darii filio ultionem ob legatos Spartæ interemptos. Ita hos Spartiatæ tanquam mortem obituros, miserunt ad Medos.

135. Digna autem admiratione cum hæc audacia horum virorum, tum verba ab eis habita: nam Susa tendentes, ad Hydarnem Persam in Asia subjectorum litoralium præfectum venerunt: qui eos hospitaliter munificeque acceptos, his verbis

ξείνια προθέμενος, ἱστία. ξεινίζων δὲ, εἴρετο τάδε, " Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, τί δὴ φεύ-" γετε βασιλέϊ φίλοι γενέσθαι; ὁρᾶτε γὰρ " ὡς ἐπίσταται βασιλεὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς " τιμᾷν, ἐς ἐμέ τε καὶ τὰ ἐμὰ πρήγματα " ἀποβλέποντες. οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς εἰ δοίητε " ὑμέας αὐτοὺς βασιλέϊ, δεδόξωσθε γὰρ " πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοὶ, ἕκαστος " ἂν ὑμέων ἄρχοι γῆς Ἑλλάδος, δόντος βα-" σιλῆος." πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε, " Ὕδαρνες, οὐκ ἐξ ἴσου γίνεται ἡ συμβου-" λίη ἡ ἐς ἡμέας τείνουσα. τοῦ μὲν γὰρ πε-" πειρημένος συμβουλεύεις, τοῦ δὲ ἄπειρος " ἐών. τὸ μὲν γὰρ δοῦλος εἶναι ἐξεπίστεαι, " ἐλευθερίης δὲ οὔκω ἐπειρήθης, οὔτ' εἰ ἔστι " γλυκὺ, οὔτ' εἰ μή. εἰ γὰρ αὐτῆς πειρήσαιο, " οὐκ ἂν δόρασι συμβουλεύοις ἡμῖν περὶ αὐ-

---

interrogavit; Viri Lacedæmonii, quid tandem respuitis esse amici regis? cernitis enim ex me et meo statu quam scit honore prosequi rex viros egregios. Sic et vos, si vos ipsos ei dederitis, nam ab illo existimati estis viri egregii, unusquisque vestrum rege donante, regioni Græciæ præerit. Ad hæc illi respondentes, Hydarnes, inquiunt, non ex æquo oritur consilium tuum ad nos spectans: quippe conditionem suades, quam expertus es, alterius inexpertus: nam servitutem subire quidem nosti; libertatis autem nondum expertus es, utrum sit res dulcis an non: quæ si tibi experta foret, non ut hastis, sed ut etiam se-

" τῆς μάχεσθαι, ἀλλὰ καὶ πελέκεσι." ταῦτα μὲν Ὑδάρνεα ἀμείψαντο.

ρλϛʹ. Ἐνθεῦτεν δὲ ὡς ἀνέβησαν ἐς Σοῦσα, καὶ βασιλέϊ ἐς ὄψιν ἦλθον, πρῶτα μὲν, τῶν δορυφόρων κελευόντων, καὶ ἀνάγκην σφι προσφερόντων προσκυνέειν βασιλῆα προσπίπτοντας, οὐκ ἔφασαν, ὠθεόμενοι πρὸς αὐτέων ἐπὶ κεφαλὴν, ποιήσειν ταῦτα οὐδαμά· οὔτε γάρ σφι ἐν νόμῳ εἶναι ἄνθρωπον προσκυνέειν, οὔτε κατὰ ταῦτα ἥκειν. ὡς δὲ ἀπεμαχέσαντο τοῦτο, δεύτερά σφι λέγουσι τάδε, καὶ λόγου τοιοῦδε ἐχόμενα, " Ὦ βασιλεῦ Μήδων, " ἔπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι ἀντὶ τῶν ἐν " Σπάρτῃ ἀπολομένων κηρύκων, ποινὴν ἐκεί- " νων τίσοντας." λέγουσι δὲ αὐτοῖσι ταῦτα, Ξέρξης ὑπὸ μεγαλοφροσύνης, οὐκ ἔφη ὅμοιος

---

curibus pro ea dimicaremus, nobis suaderes.

136. Hæc Hydarni responderunt. Dehinc vero ut ascenderunt Susa, et in conspectum regis venerunt, principio jubentibus satellitibus ac vim afferentibus ut procumbentes regem adorarent, negaverunt, vel si in caput ab eis truderentur, se unquam id esse facturos: neque enim sibi esse consuetudinem hominem adorandi, neque se ad id venisse. Posteaquam autem in hoc repugnaverant, secundo loco hæc et his similia dixere, Rex Medorum, nos miserunt Lacedæmonii ad luendam pœnam pro iis legatis, qui Spartæ interiere. Hæc illis dicentibus, Xerxes præ magnanimitate negavit se fore Lacedæmoniis si-

ἔσεσθαι Λακεδαιμονίοισι· κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείναντας κήρυκας· αὐτὸς δὲ, τὰ κείνοισι ἐπιπλήσσει, ταῦτα οὐ ποιήσειν, οὐδ' ἀνταποκτείνας ἐκείνους, ἀπολύσειν Λακεδαιμονίους τῆς αἰτίης.

ρλζ'. Οὕτω ἡ Ταλθυβίου μῆνις, καὶ ταῦτα ποιησάντων Σπαρτιητέων, ἐπαύσατο τοπαραυτίκα, καίπερ ἀπονοστησάντων ἐς Σπάρτην Σπερθίεώ τε καὶ Βούλιος· χρόνῳ δὲ μετέπειτα πολλῷ ἐπηγέρθη κατὰ τὸν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμον, ὡς λέγουσι Λακεδαιμόνιοι. τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι. ὅτι μὲν γὰρ κατέσκηψε ἐς ἀγγέλους ἡ Ταλθυβίου μῆνις, οὐδὲ ἐπαύσατο πρὶν ἢ ἐξῆλθε, τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε· τὸ δὲ

---

milem: illos enim interimendis legatis jus omnium hominum confudisse: se vero, quod illis exprobraret, id non esse facturum: neque eos vicissim occidendo, Lacedæmonios culpa soluturum.

137. Hac re sic per Spartiatas gesta, in præsens ira Talthybii cessavit, etsi Spartam reversis Sperthie et Buli; sed longo deinde tempore interjecto excitata fuit in bello inter Peloponnenses et Athenienses, ut Lacedæmonii aiunt: quod mihi divinitus maxime videtur esse gestum: quippe iram Talthybii ingruisse in nuncios, nec quievisse priusquam excesserit et eventum nacta fuerit, fas ita fe-

συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τῶν ἀνδρῶν τουτέων τῶν ἀναβάντων πρὸς βασιλῆα διὰ τὴν μῆνιν, ἐς Νικόλαν τε τὸν Βούλιος, καὶ ἐς Ἀνήριστον τὸν Σπερθίεω, ὃς εἷλε ἁλιέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος, ὁλκάδι καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν. δῆλον ὦν μοι ὅτι θεῖον ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μήνιος. οἱ γὰρ, πεμφθέντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι ἐς τὴν Ἀσίην, προδοθέντες δὲ ὑπὸ Σιτάλκεω τοῦ Τήρεω, Θρηΐκων βασιλῆος, καὶ Νυμφοδώρου τοῦ Πύθεω ἀνδρὸς Ἀβδηρίτεω, ἥλωσαν κατὰ Βισάνθην τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἀπαχθέντες ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἀπέθανον ὑπὸ Ἀθηναίων· μετὰ δὲ αὐτέων, καὶ Ἀριστέας ὁ Ἀδειμάντου, Κορίνθιος ἀνήρ. ταῦτα μέν νυν πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο τοῦ βασιλέος στόλου.

---

rebat. Quod autem inciderit, in eorum qui ad regem propter iram istam ascenderunt filios, Nicolaum Bulis, et Aneristum Sperthiæ filium, qui piscatores Tirynthios navi oneraria plena viris adnavigans cepit; manifestum igitur est apud me divinitus id factum esse, ex ira. Nam nuncii in Asiam a Lacedæmoniis missi, proditi a Sitalce Terei filio Thracum rege, et a Nymphodoro Pythæ filio, viro Abderita, excepti sunt juxta Bisanthen, quæ est in Hellesponto, et abducti in Atticam, ab Atheniensibus necati sunt: cumque iis Aristeas Adimanti filius, Corinthius. Verum hæc multis post regis expeditionem annis gesta sunt.

NOTÆ IN LIBRUM VI.

Pag. 8. *l.* 12. Ἔπεμπον προβούλους] Docuit ex Philosopho Polit. IV, 14. *Budæus*, προβούλους in Græciæ civitatibus fuisse, qui ante sedulo consultarent, quam ad populum deliberanda referrentur, atque inde Athenis προβουλεύειν, προβουλεύματα apud Oratores *Demosthenem*, *Æschinem*, *Lysiam*, quibus atque *Harpocrationi* molestus non sum. Πρόβουλοι hic sunt legati, ad commune Ionum de gentis salute consultum missi, uti L. I, 170. Tales πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, simili caussa ad Isthmum missi, L. VII, 172. indice *Porto*. WESS.

Ἔπεμπον προβούλους —— ἐς Πανιώνιον] De XII. Ioniæ civitatibus fœderatis octo tantum ad illud commune gentis concilium suos hoc tempore misisse videntur legatos, de re summa consultaturos; totidem enim tantum memorantur cap. seq. quæ pro suis quæque viribus naves adversus Persas instruxerint. Præter istas in Πανιώνιον convenire sueverant Ephesii, Colophonii, Lebedii, et Clazomenii. Recenset istas duodecim civitates *Herod.* I, c. 142. quæ de gentis nomine templum Πανιώνιον dictum condiderint, cujus sui generis alios nullos voluerint esse participes: vide Clar. *Wesseling.* ad *Diodori* XV, c. 49. Præter ceteros τοῦ Πανιωνίου meminerunt *Diogen. Laërt.* I, 40 *Pausan.* VII, p. 529. 532. *Max. Tyr.* XXVII, 2. vid *App Vitic* Prov. II, 43. et IV, II. VALCKEN.

Pag. 11. *l.* 10. Οὔτε τὰ ἱερὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμπρήσεται] Hoc an ἐμπεπρήσεται ex *Med.* præferendum sit, vix poterit constitui, quum utrumque sit ad normam veterum, quos imitatus *Pausan.* IV, p. 297. scripsit συλήσεσθαι δέ σφισι καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς πατρίδας ἐμπρήσεσθαι. Alterius generis apud *Aristophanem* inveniuntur πεπράξεται· ἀποκεκόψονται· κεκλαύσεται· πεπλήξεται· ἐγγεγράψεται· κεκλήσομαι· λελήψεται· postremum restituendum est in Nubib. v. 1310. et forsan in *Eurip.* Herc. Fur. v. 729. pro γενήσεται nisi præferendum sit δεδήσεται· hoc ubi *Mœris* adnotavit plura dedit Cl. *Pierson.* — *Herodotus* τὰ ἱρὰ et τὰ ἴδια similiter opponit c. 13. et VIII, c. 109, Pers. τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπρὰς &c. *Deorum templa* designans per τὰ ἱρὰ, per τὰ ἴδια non privatorum tantum ædes, sed *quævis*, templis aliisque locis sacris exceptis *ædificia* civitatum præsertim *publica*, qualia veteribus τοῖς ἱεροῖς opposita ὅσια dicuntur.

Plerumque quidem per *ἱερὰ* et *ὅσια*, *sacra* et *profana*, intelliguntur apud veteres *χρήματα*· nonnunquam designantur et *οἰκοδομήματα*. Hæret in *Isocratis* Areopag. turpis menda p. 153. B. *τὴν δημοκρατίαν οὕτω κοσμήσασαν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις*· urbem vertit *Wolf. exornatam templis et sacrificiis*: emendandum esse *καὶ τοῖς ὁσίοις*, demonstrant hæc *Harpocrationis* in Ὅσιον Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ, Καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις· istum locum *H. Steph.* ceterique dimiserant intactum. Eosdem quos *Isocrates* sæpe laudat *Demosth.* qui Athenarum urbem templis exornaverant aliisque publicis ædificiis, velut in Olynth. III. p. 25. *δημόσια μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν* et p. 101, 46. c. Androtion. p. 386, 24. quæ loca *Ciceroni* obversabantur I. in Verr. c. 21. et *Sallustio* B. C. c. XII. ubi notat *Jos. Wass.* VALCKEN.

Pag. 21. *l.* 14. Ἱερὸν δὲ τὸ ἐν Διδύμ. ὁ νηός τε] Sic aliquoties apud *Herod.* ἱρὸν et νηὸς distinguuntur: *Thucyd.* V, c. 18. τὸ δ' ἱερὸν καὶ τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς. In talibus veluti pars totius templi τοῦ ἱεροῦ, consideratur ὁ ναὸς, et *cella* sive *Dei sedes* per τὸν ναὸν est intelligenda, atque id ipsum, quod vocant σηκόν. Huc pertinet minus intellecta quam tradit *Ammon.* vocum Ναὸς et σηκὸς differentia, Poëtis certe non observata: *Pollux* excitat e tragœdia deperdita, ἁγνὸν εἰς σηκὸν θεοῦ· ubi locus ἔνθα καθιδρύομεν (τοὺς θεοὺς) Σηκὸς dicitur: *Eurip.* Rhes. v. 501. εἰς Ἀθάνας σηκὸν ἔννυχος μολὼν Κλέψας ἄγαλμα —— *Lucian*; in Amor. T. II. p. 412. Δόξαν οὖν ὅλην τὴν θεὸν ἰδεῖν, εἰς τὸ κατόπιν τοῦ σηκοῦ περιήλθομεν· ante dixerat, εἴσω τοῦ νεὼ παρῆειμεν. In excerptis ex *Diodoro* T. II. p. 568. τὸ περὶ Δωδώνην μαντεῖον συλήσας ἐνέπρησε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ σηκοῦ· dici quoque potuisset πλὴν τοῦ ναοῦ. *Idem* dixit T. I. p. 18. ἱδρύσασθαι ἱερὸν —— καὶ ναοὺς χρυσοῦς δύο· aureas istas ædiculas templum, ni fallor, complectebatur. *Lesbonax* in Protrept. p. 170, 37. ἱερὰ —— κοσμήσαντες ναοῖς καὶ βωμοῖς καὶ ἀγάλμασι· similiter apud *Herod.* IV. c. 108. ἱρὰ memorantur κατεσκευασμένα ἀγάλμασί τε καὶ βωμοῖσι καὶ νηοῖσι· et legitur L. II. c. 170. ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης ὄπισθε τοῦ νηοῦ. Nonnullo dedit Clar. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 291. Miror adeo quod legitur ap. *Philostr.* V. A. II. c. 20. νεὼν πρὸ τοῦ τείχους ἰδεῖν φασιν, —— καὶ κατεσκευάσθαί τι ἱερὸν ἐν αὐτῷ. VALCKEN.

Pag. 36. *l.* 11. Τὴν ἱρὴν ὁδὸν] Celeberrima *sacra via*, quæ Athenis Eleusinem ducebat in *Pausan.* I. 36. et *Athen.* XIII. p. 594. F. Hæc ea fortasse, qua Athenienses sacra et Pythicam pompam Delphos mittebant, memorata a *Strabone* IX. p. 646. WESS.

Pag. 42. *l.* 3. Τῶν κατεχόντων πρηγμάτων] *H. Stephani* καταλαβόντων nusquam reperi, neque vulgato præstat. Τὰ κατέχοντα πρήγματα, quæ instant et præsentia urgent, qualia in Miltiadeæ tyrannidis principio rerum ordinatio, captura Chersonesitarum, auxiliatorum dilectus, tum expeditio una cum Dario contra Scythas. Additum τοῦτο μὲν γὰρ ἔτει τρίτῳ protectum verbis erit

C. 46. *δευτέρῳ δὲ ἔτεϊ τουτέων*, modo cetera, quod valde dubito, defendi queant. Calculis hic et consideratione nexus rerum utendum est. Miltiades, interfecto a Pisistrati filiis patre Cimone, in Chersonesum Athenis demigravit C. 103. Itaque sub annum Per. Jul. 4196. aut paulo citius, siquidem Hipparchus Olymp. LXVI. P. Jul. 4198. interemtus occubuit. Hippias tyrannidem reliquit invitus Olymp. LXVII. P. Jul. 4202. Dario Babylonem eopse tempore obsidente; qua post XX. menses expugnata rex sequente Olympiade in Scythas movet comite Miltiade, reversusque Sardibus agit P. Jul. anno 4206. in L. V, 24. Scythæ Nomades post illam Darii expeditionem irritati in Chersonesum excurrunt, coguntque Miltiadem aliorsum fugere. Hæc si vero non dissident quid illis fiet *νεωστὶ μὲν ἐληλύθεε* —— cum ante hos decem annos in Chersoneso tyrannum Miltiades egerit: quid *τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτεϊ τουτέων*; Vide quæ consequuntur statim, *ταῦτα μὲν δὴ τρίτῳ ἔτεϊ πρότερον.* —— Ea si signant tres notatos annos, exitum non habent: si Miltiadæ reditum Doloncorum auxilio, exilium tyranni producunt longissime, neque congruunt bene cum præfectura maritima Otanis L. V, 25. Quomodo demum cunque intelligantur, *τὰ τότε μιν κατέχοντα*, alia esse nequeunt, quam quæ continuo succedunt. At hoc tum vide; Miletus a Persis funditus pessumdata est Olymp. LXXI. Per. I. 1218. altero post urbis eam calamitatem anno Persica classis insulas Chium, Lesbum et Tenedum occupavit C. 30. hujus Musæ: apud Tenedum Phœnices, horum autem classis Persica, agere ut accepit Miltiades, convasatis, quæ in promtu erant, et in naves inpositis, aufugit. Hæccine *τρίτῳ ἔτεϊ πρότερον τῶν τότε μιν κατεχόντων* dici recte possunt evenisse? Animadverto in omni illa temporum notatione maculas, quas equidem detergere sine membranarum adjumento neque audeo, neque volo. WESS.

Pag. 56. *l.* 16. *Τοὺς ἀπὸ τούτων γ. ὡσαύτως*] Non repugnat quod scribit *Livius* XL, c. 8. *sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum Reges salutarem per multa secula ipsis* fuisse *patriæque.* Nam privatim sæpius adversarii duo Reges Lacedæmoniorum unanimes conspirabant in publicæ rei commodis juvandis; aut etiam inter se laudabiliter certabant *περὶ τοῦ ὁκότερος πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται*, ut Aristides loquitur *Herodoti* VIII, c. 79. Neque noluit Lycurgus concordem talem discordiam in civitate sua locum habere. *Plutarch.* T. I. p. 598. C. *ἔοικεν ὁ Λακωνικὸς νομοθέτης ὑπέκκαυμα τῆς ἀρετῆς ἐμβαλεῖν εἰς τὴν πολιτείαν τὸ φιλότιμον καὶ φιλόνεικον.* Conf. T. II. p. 232. C. 813. B. et Melanthii dictum de civitate Attica p. 20. C. VALCKEN.

Pag. 57. *l.* 13. *Ἀπὸ δὲ Δανάης τῆς Ἀκρισίου*] Hæc et sequentia quædam, alio quam invenerat ordine collocata, *Plutarch.* exhibet de *Herod.* Malign. p. 857. E. *οἱ δὲ Δωριέων, φησὶν, ἡγεμόνες φαίνοιντ᾽ ἂν Αἰγύπτιοι ἰθαγενέες ἐόντες καταλέγοντες* (leg. *καταλέγοντι*) *τοὺς*

ἄνω Δανάης καὶ Ἀκρισίου πατέρας· quæ prorsus obscuravit interpres. Ad Herodotea *Plutarchus τὸν Ἔπαφον*, inquit, *καὶ τὴν Ἰὼ, καὶ τὸν Ἴασον, καὶ τὸν Ἄργον ὅλως ἀφῆκεν.* Epaphum in Ægypto natum omittere potuerat; Ionem, Iasum, et Argum Herodoteæ narrationi merito opposuit; neque enim hos Ægyptios origine dixerunt Græci, qui posteros Epaphi, atque adeo majores Acrisii, fatentur Ægyptios esse *ἰθαγενέας*. Libyen, Belum, Danaum et Ægyptum, Lyncea. Sed vituperare potius debuit *Plut.* quos habuit *Herodotus* auctores, non quid ipse sentiat, sed tradens quid Græci de his fabulari sueverint: hoc non in fine tantum capitis sed et initio significavit, ubi, *τάδε δὲ*, inquit, *κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπ' Ἑλλήνων ἐγὼ γράφω*, vel *γράψω·* ut I, c. 95. *κατὰ ταῦτα γράψω·* —— quid sibi velit *τοῦ θεοῦ ἀπεόντος* mihi quidem non liquet. VALCKEN.

Pag. 58. *l.* 7. *Περσέϊ οὐδέν.*] De Persarum sententia si venerint, quæ L. VII, 61. Perseum videlicet Danaës et Jovis fuisse filium, creasseque ex Andromeda Persen, unde Persicæ genti nomen, in matre patreque Græcos inter et Persas concordia: de avo his et progenitoribus, quos una cum Acrisio a consanguinitate Persei si secluserint Persæ, Danaë Assyriæ aut Persicæ erit stirpis. WESS.

Pag. 61. *l.* 13. *Δύο ψήφους τιθεμένους*] Denegat hanc Lacedæmoniorum regibus prærogativam *Thucyd.* I, c. 20, quem Herodotea sibi sumsisse refutanda vere monuit ante *Palmer. Io. Meurs.* de Regno Lac. c. 23. de senatorum agens et numero et dignitate Misc. Lac. II, c. 4. plura dederat *N. Cragius* L. II, c. 3. Civitatem memorat Indicam *Diodor.* XVII, c. 104. cujus forma regiminis Spartanæ fuerit similis quod ad Senatus auctoritatem binosque Reges e duabus semper familiis, *τῶν κατὰ πόλεμον πραττομένων ἡγουμένους.* Ne Regum potestas in tyrannidem degeneraret, Lycurgus secundum *Platonem* Epist. VIII, p. 354, B. *φάρμακον ἐπήγαγε τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν, καὶ τὸν τῶν Ἐφόρων δεσμὸν, τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον·* insignis ejusdem locus est T. II. p. 692. A. Curia *τῶν γερόντων* ceterorumque annuorum magistratuum tribunalia ubi fuerint Spartæ tradit *Pausan.* III. p. 231. *τῆς τε Γερουσίας βουλευτήριον, καὶ τῶν Ἐφόρων καὶ Νομοφυλάκων καὶ καλουμένων Βιδιαίων ἀρχεῖά ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς·* in quibus corrigendum arbitror *καὶ Νομοφυλάκων καλουμένων Βιδιαίων·* hi annui magistratus, Ephori et Bidiæi, sive Nomofylakes, erant *πέντε ἀριθμὸν ἑκάτεροι* secundum *Pausan.* contra oi Γέροντες, numero XXVIII. *διὰ βίου ταύτην ἔχουσι τὴν τιμὴν*, *Plutarch* T. I. p. 597. E. Hinc intelligi poterit *Xenoph.* Ἑλλ. III, p. 289, 20. ubi numerare jussus *ὁπόσοι εἶεν Σπαρτιᾶται ἐν τῇ ἀγορᾷ*, dicitur *ἀριθμήσας βασιλέα τε καὶ Ἐφόρους καὶ Γέροντας καὶ ἄλλους ὡς τεσσαράκοντα.* VALCKEN.

Pag. 97. *l.* 13. *Ἀλλ' Ὅρκου πάϊς* &c.] Cultius expressit Ill. *H. Grotius* Latine Jur. B. et Pac. II, 13, I. ubi optime *Io. Frid. Gronovius*, Horcon instar numinis considerat, quem poëtæ fingunt jurandi veluti exactorem et præsidem. Ὅρκου proinde *παῖς* aliquid

posterum et consequens est, nimirum Animadversio divina, quæ nec opinatis perjuris superveniens fractæ fidei pœnas infligit. Loquendi genus in *Epicharmi* fragmento *Grotii* medela curato, apud *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 749. Ἐγγύα θυγάτηρ μὲν ἄτας, ἐγγύας δ' ζαμία· et *Eustath.* Amor. Ismen. p. 426. Αἰδὼς γὰρ, ΠΑΙΣ ΕΛΕΓΧΩΝ ἐστί· excipit enim et sequitur reprehensionem pudor. WESS.

Pag. 109. *l.* 5. Καὶ ἐν χρησμῷ ἦν γ.] A *Gronovii* judicio non dissiderem, si aliis etiam in Codd. omitterentur oraculi versus, quæque versum antecedunt proxima: sed quod addit vir Egregius, *non magis Herodoto fuisse caussam adscribendi oraculi, quam fuit Thucydidi,* id vero miraturos scio, qui utrumque bene noverit. Oracula, portenta, somnia, et similia credulorum ludibria *Thucydides* historiæ gravitate censuit indigna; *Herodotus* ista talia non libenter tantum commemorat, sed ita, ut vix notam effugere possit hominis superstitiosi. Quantum hac etiam in parte distent isti duo vel hic locus esse queat documento: terræ motus *Herodoto* prodigium esse videbatur, quo mala ventura Deus portenderet; secundum *Thucyd.* talis persuasio vulgi animos occupaverat, ἐλέγετο καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι. Sed legat quis *Herodot.* VII, c. 57. VIII, c. 37. c. 65. c. 77. IX, c. 64. c. 99. tum *Thucyd.* II, c. 17. VI, c. 70. VII, c. 79. et in his ingeniorum animadvertet differentiam. Semel tamen *Thucyd.* L. II, c. 54. prædictionem memorat Athenis celebratam: Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ· et evaluisse tandem scribit, ut λοιμὸς non λιμὸς antiqua vocis scriptura crederetur ἢν δέ γε, οἶμαι, inquit, ποτὲ ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τοῦδε ὕστερον, καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμὸν, κατὰ τὸ εἰκὸς οὕτως ᾄσονται· hinc etiam constare poterit, quid de talibus senserit *Thucydid.* et quantum hujus cauta perspicacitas *Herodoti* præstet superstitiosæ credulitati. VALCKEN.

Pag. 118. *l.* 2. Ἦν γὰρ ἱσταμένου μηνὸς εἰνάτη] Sermonis indolem hoc postulare *Gronovius* agnovit. Bene *Vindob.* et *Plutarchus*, in cujus Glor. Athen. p. 349. E. ἕκτη μὲν ἱσταμένη Βοηδρομιῶνος simili peccato. Superius C. 57. καὶ ἑβδόμας ἱσταμένου τοῦ μηνός· *Plut.* Sympos. VIII. p. 717. B. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου. In talibus enimvero pauca abunde sunt. Hic criminosa *Plutarchi* accusatio Malign. p. 861. F. *Herodotum* asperrime stringens, examen meretur. Negat τῆς πανσελήνου religione Spartanos ab expeditionibus abstinuisse, audacter ea in re *Pausaniæ*, *Luciano*, si tamen is auctor Ἀστρολογίας, C. 25. scriptori Περὶ ποταμῶν, cui *Plutarchi* nomen inponitur *Hermogeni*, et quos plures *Io. Meursius* Miscell. Lacon. II, 9. adpellavit, obnixus. Ad hoc, partæ victoriæ Marathoniæ diem VI. fuisse Boëdromionis, in perpetuum ejus monumentum ad posteros sacratum: quod, ne vacillantem putes, ter insinuat, etiam in Camilli Vit. 138. H. Falsum propterea largiter *Herodotum*, alios turpiter circumscribere, cœlum ipsum, dierum rationem, omnes re confundere. Gravis profectio, accusatio, sed in insectatoris

reditura, sicuti prudenter *Ioach. Camerarius* Procem. in Herodot. p. 715. *Ed. Gronov.* caput. Nam de lege, verba eruditi ejus viri sunt, deque prælii die, sua fide adfirmante utroque, venia, opinor dabitur ei, qui fidem *Herodoti*, proxime ad Marathonii certaminis ætatem pertinentis, atque ex illis, qui conflictui adfuerunt haud pauca edocti pluris sibi faciendam quam *Plutarchi* putaverit. At VI. tamen Boëdromionis dies sollemnis illi victoriæ Athenis ? Esto. Quid enim, si mensi, cujus nomen *Herodotus* pressit, Metagithione, quo Spartæ *Carnia* celebrabantur, pugna in campo Marathonio fuerit pugnata ? *Carnia* sane, pariterque luna, nondum pleno orbe fulgens, ne abitum Lacedæmonii maturarent, inpedimento erant, uti L. VII, 206. Ita prælium festo illo die, quod accusator non diffitetur, fuit prius, relato deinde in VI. Boëdromionis. Hæc et plura pro *Herodoto* eruditissimus *Freretus* Comment. Acad. Inscript. T. XVIII. p. 138. *Ed. Paris.* Dici speciose poterit, *Carniorum* nullam hic mentionem. Servemus ergo mensem Boëdromionem, et pugnam in XVI. ejus diem conferamus. Nam Spartani nono mensis die ad belli consortionem invitati, post plenilunium confecto tridui itinere, Persis tantum quod profligatis, Athenas advolarunt. Sit inquam certamini dies XVI. Boëdromionis, potuit victoriæ memoria anteverti, et VI. die sacrari, quod Mysteriorum sollemnia extremo eodem mense sanctissima essent, aut alia de caussa. Neque insolens et præter usum, ut victoriæ sollemnis pompa alio celebraretur tempore, quam reportata ipsa fuerat. Persas Græci ad Plateas IV. Boëdromionis straverunt *Eleutheria* tamen, recordationi ejus rei dicata, die XIV. Mæmacterionis peragebantur, *Plut.* Aristid. p. 332. A. Qua in opinatione de consensu Cl. *Ed. Corsini.* Fastor Attic. Diss. IV. p. 184. gaudeo. Alia *H. Dodwellus* de Cyclis Diss. VIII. p. 330. Utram autem cunque in re adeo remota adoptemus defensionem, *Plutarchus* caussa cadet. WESS.

Pag. 123. *l.* 1. Ἦν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμ.] Incogitanter *Jo. Meursio* Callimachus iste dicitur Athenis *primus* polemarchi munus obiisse, Att. Lect. II, c. 14. *Meursium* sequitur *Kuhnius* ad *Poll.* VIII, 92. Ut primus forte Polemarchorum Callimachus decem ducibus hoc tempore fuerit adjunctus undecimus, qui in acie honoratiorem ex lege locum teneret, a qua suspicione non multum abfuit *Jac. Perizon.* ad *Æliani* V. H. p. 421. certo constat non primum fuisse Callimachum apud Athenienses polemarchum. *Pausaniæ* verba 1, p. 37. quibus solis niti potuit *Meurs.* vel aliter accipienda sunt, vel ita leviter refingenda, ut de Callimacho scripserit, ὃς Ἀθηναίοις πολεμαρχῶν, (vid. *Herodiani* Philetær. a *Piersono* vulgatus p. 441.) ἤρξατο nempe *μάχεσθαι*, vel τῆς μάχης· ap. *Herod.* c. III. τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος· de eodem *Polemo* Soph. p. 3. ἔσχε γὰρ, κἂν τοῖς πρώτοις ἔταττεν αὐτὸν ἡ πολεμαρχία. —— Nobile votum, quo Dianæ τῇ Ἀγροτέρᾳ ante pugnam Marathoniam se obstrinxerunt Athenienses, fecisse

dicitur Callimachus polemarchus in *Schol.* ad *Aristoph.* Eq. v. 657. Recte *Meurs.* observat Athen. Att. II, c. 5. eadem sacra postea quotannis fecisse Dianæ polemarchum, *quia primus olim Callimachus polemarchus ita instituit:* Nollem eadem pag. scripsisset vir egregius, votum illud Dianæ factum ante Xenoph. *Herodotum quoque retulisse lib.* VI. *quem malignitatis accusat eo nomine Plutarchus.* Apud *Plutarch.* T. II. p. 862. B. pro φησὶ scribendum φασί. nam votum nusquam memorat neque sacri solennis originem *Herodotus*, atque idcirco *Plutarcho* accusatur negligentiæ l. c. ἐσπουδακὼς περὶ τὰς Ἀθήνας διαφερόντως οὐδὲ τὴν πρὸς Ἄγρας πομπὴν ἱστόρηκας, ἣν πέμπουσιν ἔτι νῦν τῇ Ἑκάτῃ χαριστήρια τῆς νίκης ἑορτάζοντες· in var. lect. πρὸς Ἀγροτέραν legitur; nisi sit ex Codd. alterum non mutarem, imprimis cum sequatur τῇ Ἑκάτῃ· scripseratne forsan τῇ ἕκτῃ Θαργηλιῶνος; isthoc die quotannis Athenienses τῇ Ἀγροτέρᾳ ἀποθύουσι τὰς χιμαίρας juxta *Ælian.* V. H. II, c. 25. Qui hujus sacri meminerunt viri docti caute abstinuerunt loco *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 302, 17. VALCKEN.

Pag. 125. *l.* 13. Τὸν πολεμάρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιὸν] Rhetor Glaucias in *Plut.* Sympos. 1, 10. Æantidis pugna Marathonia cornu dextrum *Æschyli* testimonio contribuit, atque ex illis Callimachum polemarchum fuisse, quippe Aphidnæum. Quod non quidem recusandum, modo præcipua ratio Callimachi, tanquam polemarchi, ducatur. Rex olim in cornu dextro imperabat, teste *Euripide* Supplic. v. 657. Murata reipublicæ forma polemarcho honor iste cessit. De serie tribuum, et quo se ordine exceperint, ampla disquisitio *Ed. Corsini* Fast. Att. Diss. III. p. 119. et præcipue Diss. IV. WESS.

Pag. 128. *l.* 15. Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος] Cynægiri militis Atheniensis rabiem, Persicam navem manu retinentis, explicatius enarrat *Justinus* II, c. 9. Callimacho quid evenisse diceretur tacet *Herodotus*, obortam Epizelo cœcitatem tradens c. 117. Sophistarum ingeniis exercendis Callimachus præsertim et Cynægirus præbuere materiam: duæ nobis supersunt *Polemonis* orationis, utriusque laudes decantantis: de Callimacho non nominato vid. *Aristid.* Panathen. 1. p. 216. *Scholiastes* ibi *MS.* et Cynægiri facinus enarrat, et Callimacho quid evenerit. Tres istos patriæ defensores egregios memorant *Ælian.* de N. A. VII, c. 38. *Maximus Tyr.* V, 9. τὴν Κυναιγείρου χεῖρα, καὶ τὴν Πολυζήλου συμφορὰν, καὶ τὰ Καλλιμάχου τραύματα· ubi docuit *Davisius* alibi quoque *Herodoti* Epizelum dictum Πολύζηλον, et *Plutarcho*: Epizeli loco Stesilaum nominat cum Miltiade, Callimacho, et Cynegiro, *Tzetzes* Chil. I, v. 867. Unum de x. ducibus Stesilaum in prælio cecidisse novimus ex *Herodoto;* plerorumque nomina ignorantur, quorum gloriam Miltiades obscuravit, qui δέκατος αὐτὸς στρατηγήσας, μόνος, ὡς εἰπεῖν, ὀνομάζεται, καὶ ταῦτα Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου παρόντος, ut scribit *Aristid.* T. III. p. 286. Milites gregarios Cynægirum et Epizelum, sive Polyzelum, in duces tran-

formavit qui *Plutarchi* nomen mentitus confinxit *Parallela* qui vocant *minora* T. II. p. 305. C. quique magnam mendacis libelli partem, ista quoque, descripsit *Stobæus* p. 91, 11. Propter tot egregia vetustatis monumenta credere maluissem, Stobæanis hic illic ex isto fuisse libello ab alia manu inculcata; sed in suo florilegio eadem jam legisse *Photium* monstrant Scriptores citati, quorum nomina et opera pleraque etiam omnia ficta sunt. VALCKEN.

Pag. 150. *l.* 12. Ἕρκος θεσμοφόρου Δ.] *Septum templi*, ἕρκος nostro, περίβολον dixerunt *Plato* T. III. p. 116. C. et sæpe *Pausan.* qui nulla quoque templi mentione facta, VIII. p. 664. περίβολον θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων, Cereris et Proserpinæ, quarum sacerdos Herodotea fuit Timo: p. 675. ἐντεῦθεν ἐς τὸν ἱερὸν περίβολον τῆς Δεσποίνης (filiæ Neptuni Cererisque) ἐστὶν εἴσοδος. Septum si Miltiadi licuisset ingredi Cereris, viro certe fas non erat ἰέναι ἐπὶ τὸ μέγαρον. Sic eximie sanctius *penetrale* vocabant, *in quo mystica sacra* Cereris recondebantur: attigit *Hemsterh.* in *Aristoph.* Plut. p. 275. et in *Lucian.* p. 136. vid. *Hesych.* in Ἀνάκτορον. In *Plutarch.* de Is. et Osir. p. 161. ubi μέγαρα in μεγαλάρτια mutanda censebat Ill. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* p. 673. legerem: Βοιωτοὶ, ὅτε τὰ τῆς Ἀχαΐας μέγαρα κινοῦσιν· profano non licebat Miltiadi κινεῖν τι τῶν ἀκινήτων. De aliorum etiam templorum *interiori recessu* ἀνάκτορα frequenter *Euripides*, μέγαρον adhibit *Herodotus.* VALCKEN.

Pag. 169. *l.* 11. Παρὰ τῶν Ἀλευαδέων] Larissæos fratres Aleuadas, Ἀλεύεω παῖδας, memorat IX, c. 57. Θώρηκα, Εὐρύπυλον, et Θρασυδήϊον. Hi Thessalos primum invitos (VII, c. 172.) Xerxi prodiderunt: *Pausan.* VII, p. 546. Ξέρξῃ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλαύνοντι Θεσσαλία δι' Ἀλευαδῶν προὐδόθη. Postea volentes etiam Thessali, a vicinis Phocensibus irritati, Persarum partes sunt sequuti: *Philostr.*. Her. c. XIX, 15, In Epist. *Socr.* 28. Alexander Græcis indicasse dicitur τὴν Ἀλέου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν· ubi scribendum τὴν τῶν Ἀλεύων, vel τὴν Ἀλευαδῶν. Vetus et nobilissima familia Larissæ viguit *Platonis* etiam et *Demosthenis* ætate; habuit enim Larissæ *Gorgias* discipulos Ἀλευαδῶν τοὺς πρώτους, *Platone* teste initio Menonis T. II. p. 70. quo spectat in Lex *Timæus*: vid. ibi p. 15. Clar. *Ruhnkenius* et *Vales.* ad *Harpocr.* in Τετραρχία. Apud eundem *Harp.* ex *Demosth.* p. 142, 86. memoratus Σῖμος, εἷς τῶν Ἀλευαδῶν fuisse dicitur τῶν δοκούντων συμπρᾶξαι τῷ Μακεδόνι. Philippo, nec mirum, nobiles hi Thessali favebant, quorum majores in Thessalia regnaverant, tum temporis a tyrannis vexata. VALCKEN.

Pag. 199. *l.* 15. Ἐπὶ μὲν τέσσερα ἔτεα πλήρεα] Testis *Thucydides* est L, I, 18. decimo a Marathonia pugna anno Xerxem expeditionem in Græcos suscepisse: *Plato* L. III. de Leg. p. 698. C. σχεδὸν δέκα ἔτεσι *decem ferme annis* ante Salaminium prælium Persas et Athenienses in Marathonio campo committit. Hinc dissidium de intervallo temporis quo certamen disjungitur utrumque, his decem, illis undecim annos probantibus. *Herodoti* calculos no-

subducemus. Apparatum Darii ad novum in Græcos bellum triennalem signavit C. 1. adjungens quarto post Marathoniam pugnam anno Ægyptios descivisse: tum proximo ab eorum defectione Darium diem obiisse supremum C. 4. qui quintus utique a prælio Marathonio. Sequuntur pleni quatuor anni, a Xerxe, in conparandis ad Græcum bellum rebus absumti πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ *volvente* sive *procedente anno* v. rex Persa expeditionem ingreditur, delatusque *Sardes* post iter longum interquiescit ac ibidem hiemem transigit C. 32. vere deinde ineunte Abydum proficiscitur C. 37. Unde consequens videtur. ut pro *Herodoti* rationibus Rex xi. post Marathoniam cladem anno in Europam moverit Græcosque. Certe *Iuliani* Imp. Or. i. p. 42. C. χρόνος ἐτῶν οὐκ ἐλάσσων δέκα, a Xerxe in belli adparatu insumtus, nunquam procedet, nisi Darii v. anni auxilio veniant, ex doctissimorum virorum *Petavii* et *Spanhemii* censura. Iunge *Dukcr.* ad *Thucydid.* i, 18. et, quem ille merito laudavit, *H. Alphenium* in Commentar. Chronolog. ad *Danielis* C. ix. Part. iii. C. 3. Wess.

Pag. 214. *l.* 4. Τὸν Ἑλλήσπ. ἐ. τριηκοσίας ἐπικέσθαι μ. π.] Suo sic more scripsit *Herod.* pro ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγάς· hac opinor ratione collocata vir D. non censuisset tentanda. —— Insanum utrumque facinus, quo fertur iratus Xerxes in mare sæviisse flagellis et compedes demisisse, quod *Herodotum* sequuti plurimi commemorant, *Brissonio* partim citati de R. P. iii, p. 420. illud equidem a Græcis confictum suspicor cum *Th. Stanleio* ad *Æschyli* Pers. v. 752. cujus locum adhibuit Ill. *E. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 195. De mari pontibus strato *Æschylus* est intelligendus, ut ejus ætate fabula nondum vulgo fuisse videatur recepta: de filio Darius ap *Æschyl.* Ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν, δοῦλον ὥς, δεσμώμασιν Ἤλπισε σχήσειν. —— καὶ, πέδαις σφυρηλάτοις Περιβαλὼν, πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ. Ira regis ob pontem vi tempestatis disjectum, atque isthæc *Æschyli* Athenis decantata facilem fabulæ fingendæ ingeniis Atticis præbuerunt ansam: vid. *Diogenis Laërt.* Procem. §. 9. Istius ævi Persica monumenta si ad nos usque pervenissent, forsan intelligeremus, quod, altera tantum audita parte, et quid nostra ætate eveniat cogitantibus nobis certe licet suspicari, mendaces multa de Persis falsa nobis Græcos tradidisse, suasque semper res amplificasse *Dion. Chrys.* Or. xi. p. 191. D. ἀνδρὸς, inquit ἤκουσα Μήδου λέγοντος ὅτι οὐδὲν ὁμολογοῦσιν οἱ Πέρσαι τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι κ. τ. λ. Valcken.

Pag. 2[illegible]. *l.* 11. Καὶ μῆλα, οἱ ἄγχιστα &c.] Mala Persica ex auro imis adfixa hastis gestabant, ἐπὶ τῶν στυράκων μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες *Athenæus* xii. p. 514. C. Hinc illi Μηλοφόροι, non alii ac αἰχμοφόροι *hastati*, qui Persarum nobilissimi post regis vehiculum incedebant: nam quorum in hastis extimis mala punica aurea, ῥοιαὶ χρυσαῖ, his locus erat ante decem Nisæos equos, spiculaque in hu-

mum versus inflexa, cum hastati Μηλοφόροι hastas κατὰ νόμον, uti mos ferebat, erectas ostenderent et vibrarent. Hæc plana. Wess.

Pag. 263. *l.* 11. Ἴτυς οὐκ ἐχούσας] In Glossis ἴτυς *umbo.* et inde *Vala.* Clypei ambitus et labrum est ex ferro, *Polybii* σιδηροῦν σιάλωμα L. vi, 21. ab *umbone* discrepans et remotum. Phoenices *pelta* protegebantur. Πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα ap. *Hesychium.* Quod porro de Phœnicum primis ad mare rubens sedibus succedit, prorsus notabile, congruit L. i, i. et sacris *Mosis* Vatumque libris, mirumque accidit, ab egregiis viris *S. Bocharto*, *Camp. Vitringa*, *Hadr. Relando*, origines Philistæorum vestigantibus, insuper haberi. Nemo infitiabitur, Palæstinos Philistaeosque eosdem censeri. Recensentur in posteris Mitzraimi, sive ex Ægypto orti, Casluchæi et Caphthoræi, hinc Philistæi *Genes.* C. x, 14. *Deuteronom.* C. ii, 22, et *Amos.* C. ix, 7. Tractus, quem primitus habuerunt, mari erat adfinis et forte insularis ex *Ierem.* xlvii, 4. Talis autem ad sinum Arabicum, eumque extimum conmodissimus, unde ante Mosis ætatem progressi inferioris Ægypti partem insederunt *Exodi* C. xiii, 17. Quæ quidem, cum Philistæi origine fuerint Ægyptia et prope Ægyptum habitarint olim, testenturque ipsi, suos majores ad rubrum accoluisse primitus mare, credibiliora videntur, quam insueto itinere in Colchidem et Cappadociam cum *Bocharto* eos ducere et in Palæstinam reducere, aut, quæ *Vitringæ* Comment. ad *Esaiæ* C. xiv. p. 449. divinatio, ex regione Cyrenaica et Creta. Venit horum pars in Nob. *Palmerii* Exerc. p. 35. cogitationes. Wess.

FINIS TOMI QUINTI.

